QUAE CUM SECTA DUOS MOTUM GLOMERAVIT IN ORBES, IN SEMET REDITURA MEAT. Mundum animam habere physici dixerunt, ipsi, non creatori, vim vivificationis omnium animantium immutantes, et cuncta ab eo animari[13] credentes,

---

[1]) duos *B* [2]) terra et aqua duas a proxima terra ac unam ab altrinsecus posito *post* posito *add. A* [3]) zynzugiam *B* zinzugiam *A* id est copulationem aera liquidis arida liquidis *post* zynzugiam *add. B* [4]) et *om. B* [5]) tanta *A corr. A*[2] [6]) *om. A* [7]) *om. B* [8]) *om. B* [9]) autem mobilis *B* [10]) quid *B* [11]) germinet *A* [12]) consonae *A* [13]) amari *A corr. A*[2]

ipsum pro Deo coluerunt, ac ideo non veritatem, sed aliquibus veri similia tenentes, [1]ipsi sub suis[1] figmentis perierunt. In hoc enim, quod ei vim vivificationis imputabant, non veritatem, sed veri similia tenebant; minister est quippe vivificationis, non magister. Quod exhibet per obedientiam, non imputandum est ei ad potentiam. Per ipsum animantur corpora, non ex ipso. Quapropter in eo, quod ad vivificandum aliquid cuncta ministrat, sine quibus vivificatio esse non possit, dici potest habere vitam. In eo enim quod caelum rotat, cursum solis temperat, imbres et serenitatem alternat, vitam viventibus ministrat. Haec igitur anima mundi SECTA DUOS MOTUM glomerat in orbes, dum sphaeram applanetis ab oriente in occidentem, planetarum autem orbes[2] ab occidente convertit in orientem. Applanetis enim festinationem[3] sic obrotatio[4] planetarum retardando temperat, ut nec ipse applanes pro nimio impetu suo corruat, nec ipsa planetarum obrotatio[5] ad distinguenda tempora iniunctam sibi retardandi mediocritatem excedat. Applanes quanto maior est, tanto[6] maiorem motus impetum concitat. Planetae vero quanto minores, tanto minorem. Sed illius magnitudinem sic harum temperat pluralitas, ut et illius magnitudo harum pluralitatem ab oriente in occidentem convertat, et harum pluralitas illius magnitudinem temperet, ne corruat. Ex hac applanetis rotatione et planetarum obrotatione duo quidem[7] procedunt, ex quibus omnia, quae vivunt, [8]aut vivificantur aut vivificata vegetantur,[8] pluvia scilicet et serenitas. Horum duorum si alterum sine altero semper maneret, nihil aut vivificaretur aut vivificatum subsisteret. Quomodo autem pluvia et serenitas ab eiusmodi rotatione et obrotatione procedant, [9]hi non nesciunt[9] qui ex obliquitate zodiaci, per quem cursus solis habetur, aliquando vaporem aquarum pro longinquitate solis exuberare, [10]aliquando vicinitate solis aquarum vaporem evolare[10a] intellegunt.[11] Est qui dicat nihil in Aegypto his alternationibus aut vivificari aut vivificatum vegetari. Huic respondemus:[12] exundationem ab [13]initio Nili hiemis[13] tempore, quia utilius, ideo fieri puto crebrius.[14] Huiusmodi applanetis rotatio[15] et planetarum obrotatio[16] IN SEMET REDITURA MEAT,[17] quia non per diversa rapitur, sed in gyrum consuetum semper reflectitur.

MENTEMQUE PROFUNDAM CIRCUIT ET SIMILI CONVERTIT IMAGINE CAELUM. Quam mentem, nisi in qua geritur et ex qua regitur? Haec est mens, in qua esse suum, et ex qua posse suum habet. Hanc circuit, dum secundum voluntatem[18] eius[19] circuitum suum disponit et simili imagine caelum convertit, dum per exhibitionem operis voluntatem iubentis exprimit. Sicut enim superius dictum est, in imagine caelum nobis monstratur, et in imagine rotatur, quia vera eius essentia[20] et vera rotationis facultas in ipso tenetur, qui a nemine uti est videtur.

---

[1]) ipsis suis *B* [2]) orbem *B* [3]) festinatione *B* [4]) obrutatio *B* [5]) obrutio *B* [6]) tantam *B* [7]) quaedam *A* [8]) aut vivificata vegetantur aut vivificantur *A* [9]) hic non nescit *B* [10]) *om. A* [10a]) evolare *coni.* exuberare *B om. A* [11]) intelligit *B* [12]) respondemus *om. AB suppl. A*[2] [13]) initio nili qua hiemis *A* initio hiemis *B* [14]) quanto crebrius *B* [15]) *om. B* [16]) abrotatio *B* [17]) metat *B* [18]) voluntates *B* [19]) *om. B* [20]) sessentia *B*

TU CAUSIS ANIMAS PARIBUS VITASQUE MINORES PROVEHIS mutorum[1] animalium, herbarum et arborum, quae paribus causis provehuntur, dum eisdem elementis nutriuntur. Eisdem enim elementis, quibus provehitur ad subsistendum cicuta, quibus etiam lacerta, provehitur et homo. Eadem namque terra, eadem aqua, eodem sole,[2] quo ad subsistentiam suae vivificationis tuendam utitur homo, utitur et culex, utitur et pulex; sed fortassis homo abutitur, pulex utitur. Igitur paribus causis provehuntur, quia eisdem elementis nutriuntur, et recte hic causae esse elementa dicuntur, quia animantia nec vivificarentur, nec vivificata subsisterent, nisi eis elementa, quae sua sunt, per obedientiam subministrarent.

ET LEVIBUS SUBLIMES CURRIBUS APTANS IN CAELUM TERRAMQUE SERIS. Hic versiculus diverse a diversis intelligitur. Aliqui[3] enim has animas,[4] quas hic sublimes Boetius vocat, angelorum et hominum esse dicunt, per hoc quod subinfert: in caelum terramque seris, quasi quae in caelum serantur angelorum sint, quae vero in terram hominum. Sed hoc quod sequitur: QUAS LEGE BENIGNA AD TE CONVERSAS REDUCI FACIS IGNE REVERTI, quosdam ab eiusmodi sententia reducit. Hoc autem[5] de angelis intelligi non potest, qui nunquam aversi recesserunt, ac ideo nunquam [6]conversi reversi[6] sunt. Nam nullo modo in illis[7] intelligi potest conversio, in quibus a dignitate concessa nulla audita est mutatio. Insuper has animas sic in caelum terramque seri dicunt, quasi ante creatas et postmodum satas, per hoc quod praeposuit: et levibus sublimes curribus aptans. Asserunt enim non posse eas levibus curribus[8] aptari, nisi creatas, sicque quaestionem de anima, apud Hieronimum et Augustinum insolutam, per haec verba Boetii solvere contendunt. Hi de creatione animae quibuscunque verbis velint sibi satisfaciant! Ego cum Hieronimo et Augustino malo inscius haberi, quam erroris filius scius videri. Eas Deum creare fateor et scio; qualiter autem creet, quia consiliarius eius non sum, penitus ignoro. Sed qualiter eas levibus curribus aptari et in caelum terramque seri intelligam, non ad offensionem aliter intelligentium, sed ad ostensionem meae sive scientiae sive inscientiae dicam. Has animas, quas hic Boetius sublimes vocat, hominum tantum esse intelligo, non angelorum. [X] *Harum animarum currus*[9] *sunt ratio et intelligentia. Nam his curribus aptantur, his*[10] *vehuntur, et his, proprii arbitrii libertate sibi concessa, in caelum terramque seruntur, dum modo caelestia, modo cogitant terrestria. Serit quidem eas Dominus per usum rationis et intelligentiae in caelum volando; in terram vero*[11] *serit,*[12] *quia dedit eis libertatem, per quam non tantum caelestia, sed et terrestria possunt appetere. Data est eis libertas propriae voluntatis; datae sunt illis*[13] *ratio et intelligentia, alae videlicet libertatis. Per has enim alas quo vult ducitur*[14] *libertas. Data sunt*[15] *eis ad gloriam, quibus multae non ad gloriam utuntur, sed ad ignominiam.*

---

1) multorum *A* 2) solo *A* 3) aliquis *B* 4) *om. B* 5) enim *B* 6) reversi conversi *B* 7) nullis *B* 8) ap ribus *B* 9) cursus *B* 10) his curribus *B* 11) vero *om. AB suppl. A*[2] 12) serere *AB* serit *A*[2] 13) eis *B* 14) utitur *B* 15) est haec *A*

QUAS tamen[1] *saepe Dominus* LEGE BENIGNA *AD SE CONVERSAS* REDUCI FACIS[2] IGNE REVERTI, *dum eas per Evangelii gratiam,*[3] *quae non lex aspera, sed lex benigna vocatur, igne sancti spiritus reduci accensas,*[4] *ad caelestia revocando*[5] *suscipit. Igitur* LEVIBUS CURRIBUS *aptatae in caelum terramque seruntur, quia, quamvis corporibus modicis claudantur, mundum tamen totum per currus*[6] *suos, id est rationem et intelligentiam, pervolant ac caelum terramque perlustrant.*

DA, PATER, *ANGUSTAM MENTI CONSCENDERE SEDEM. Qui quaerit sedem, desiderat requiem; qui requiem desiderat, angustiam devitat.* Et quo modo hic[7] angustam sedem exoptat, qui requiem desiderat? *Mens et corpus diversae* [8]*naturae sunt,*[8] *ac ideo diversae voluntatis. Unde illa angustiatur, istud dilatatur;* [9]*unde illa dilatatur, istud angustiatur.*[9] *Angusta sede corpus gravatur, mens autem*[10] *reficitur. Ampla autem corpus gloriatur, mens confunditur, quae quanto per plura dividitur, tanto magis in sui ipsius vigore minuitur. Angustam sedem mens appetit, quando a multis, in quibus per suggestionem carnis morabatur, se in semetipsam recolligit. Et haec mentis recollectio sive conscensio*[11] *sine Dei dono* [12]*non potest fieri,*[12] *quia inaniter nauta navigando laborat, nisi gubernator navim in debitum cursum dirigat.*

DA FONTEM LUSTRARE BONI, *DA* LUCE REPERTA IN TE CONSPICUOS ANIMI DEFIGERE VISUS. *Ordinem vide, intelligentiam adhibe, consequentiam intellige! Primum optatur mentis conscensio, exinde summi boni lustratio, tunc*[13] *lucis repertio,* ad ultimum animi visus,[14] in[15] ipsum Deum defixio. *Gradus,*[16] *qui ducunt ad vitam, optandi sunt, quia nulli*[17] *sine his patet accessus*[18] *ad gloriam. Mens omnis, postquam ab infimis se recolligit, in semetipsam conscendit. In semetipsa sedens, semetipsam cognoscere quaerit. Semetipsam cognoscere laborans, quidquid boni habet, se non habere ex semetipsa intelligit, quia se habere non ex semetipsa percipit. Ex quo habeat quaerere incipit, ut bonorum suorum fontem et originem repperire valeat.*[19] *Dum fontem boni sitiens perlustrat, invenit lucem, quae omnem hominem* [20]*venientem in hunc mundum*[20] *illuminat. Huic luci visum defigere, videre est et vivere. Ab hac visum declinare,*[21] *excaecari est et emori. Igitur in semetipsa* ⟨*m*⟩ *conscendens, quia se vitiari posse percipit, se summum bonum non esse cognoscit;*[22] [23]*necesse esse tamen summum bonum,*[23] *ex quo ipsa sit bono, intelligit. Hoc summum bonum perlustrare, quamdiu tenebris*[24] *mundanae sollicitudinis involvitur,* [25]*non potest.*[25] *His tenebris expedita et* [26]*bona sua*[26] *videns, per eorum cognitionem ad fontem desideratum sitiens*[27] *venit, non tamen sine illuminatione, quae ducit ad lucem.* Nam ut sitientem rivulus ad fontem et videntem radius ad solem, sic intente quaerentem bonorum cognitio ad summum bonum, et illuminatio [28]ducit ad lucem.[28]

---

1) *om. A* 2) facit *A* 3) gloriam *B* 4) accensa *B* 5) vocando *A corr. A*[2] 6) currus *A* cursus *A*[2] 7) hic *A* hanc *A*[2] 8) sunt nature *B* 9) *om. A* 10) autem *om. B* 11) consessio *A* 12) fieri non potest *B* 13) tunc *in ras. A* 14) vissum *B* 15) inter *A* 16) gradus sunt *B* 17) nullus *B* 18) ascensus *B* 19) valet *A corr. A*[2] 20) in hunc mundum venientem *A* 21) declinari *A* 22) cognoscit *ex* cognoscet *A* percipit vel cognoscit *B* 23) de esse tantum summum bonum *B* 24) tenebris perlustrare *A* 25) dum potest *A corr. A*[2] 26) sua bona *B* 27) sitiens *coni.* citius *AB* 28) ducit ad lucem *B* ad lucem (ducit *suppl. A*[2]) *A*

DISSICE TERRENAE NEBULAS ET PONDERA MOLIS, ATQUE TUO SPLENDORE MICA. Nam ad[1] *inquisitionem summi boni pondera molis*[2] *et ad repertionem lucis nebulae obsunt. Quapropter qui lucem quaerit, nebulas fugiat;*[4] *qui summum bonum appetit, pondera terrenae molis abiciat.*[5] *Sic Deum suo splendore micantem videbit,* [6]*id est*[6] *Patrem per Filii opera clarificatum cognoscet. Nam sicut*[7] *per splendorem vigor solis aperitur, sic per Filium maiestas Patris intelligitur.*

TU NAMQUE SERENUM, TU REQUIES TRANQUILLA PIIS, TE CERNERE FINIS. Serenum pro serenitate posuit. Est autem[8] usus scripturae, ut mobile sine fixo neutraliter positum non in[9] locum denominationis sed intelligentiam ipsius rei principalis recipit. [XI] *In serenitate iocunditas, in requie*[10] *tranquillitas vel suavitas,*[10] *in fine sufficientia intelligitur.* Quae vita sine his? Nonne[11] mors potius [12]dicitur quam vita?[12] *In Deo haec habes. A Deo si recedis, in horum contraria cadis, id est in perturbationem, in inquietudinem, in appetitum insatiabilem.*

PRINCIPIUM, VECTOR, DUX, SEMITA, TERMINUS IDEM. *Principium humanitatis per creationem, semita per legem, dux per prophetias, vector per Evangelii gratiam terminus*[13] *sive per redemptionem sive per universae carnis examinationem.*[14]

2

EXTRACTS FROM THE COMMENTARY OF PS.-JOHANNES SCOTUS ON BOETHIUS DE CONSOLATIONE PHILOSOPHIAE III m 9

. . . [VI] *Et quoniam omnia in numero et mensura et pondere disposita sunt et mensura et pondus sine numero esse non possunt,* fecit Deus primum haec duo solida corpora terram scilicet et ignem, ad similitudinem duorum cubicorum, id est solidorum numerorum. Cubus enim dicitur quasi solidus. Sed prius quam dicamus quo modo ad similitudinem numerorum illa facta sint, pauca de numeris sunt praemittenda. Dicamus ergo: numerus alius planus alius solidus. Et item omnis numerus . . .

. . . Vocantur autem alii numeri, qui non sunt cubi, alii asseres, alii laterculi et aliis modis. Sunt quoque contrariae qualitates acutum et obtunsum, subtile et corpulentum, mobile et immobile. Quod ut facilius et alia omnia innotescant

---

[1]) et ad *B* [2]) mali *B* [3]) redemptionem *A* [4]) fugit *B* [5]) obicit *B* [6]) *in ras. A* [7]) ut *B om. A* sicut *supra scr. A*[2] [8]) enim *B* [9]) *om. B* [10]) suavitas *B* [11]) non *B* [12]) quam vita dicitur *B* [13]) terminus est *A* [14]) explicit in domino *post* examinationem *A*

quaecumque supra dicta sunt, in subiecta descriptione monstrabitur.

[VII]



. . . Expositis itaque coniunctionibus elementorum et ostenso quo modo ad similitudinem solidorum cubicorum numerorum et planorum copulentur, nunc ad litteram exponendam ueniamus, quae est talis O QVI PERPETVA, etc. Dicitur Deus mundum regere, id est res mundanas ordinare RATIONE PERPETVA. Id est, sicut mundus est perpetuus, quia habuit initium et non finem habebit, ita ratio de ipso mundo habita, licet habuisset initium tamen non habebit finem; et ideo perpetua dicitur. Vel, secundum aliam lectionem, si accipiatur perpetua pro aeterna, possumus dicere perpetuam rationem esse sapientiam Dei, Filium Dei per quem omnia creata sunt et gubernantur. Dicitur autem Deus Pater esse SATOR, id est seminator terrarum et caeli, id est ignis. Et bene dico seminator, quia, sicut qui seminat ad hoc iacit semen ut multiplicetur et aliud plus surgat quam seminatur, sicut ex uno grano multa nascuntur, ita et Deus iecit haec quasi semina, scilicet terram et ignem, ut et alia elementa et cetera quae in mundo sunt ex ipsis surgerent et procrearentur. Ideo posuit pluralem et non singularem, scilicet TERRARVM et non terrae, ut per terrarum innuat nobis plures partes terrae, scilicet orientem occidentem septentrionem meridiem, uel Asiam Libyam, scilicet Africam, et Europam; uel aliter, ut per terram intelligamus homines, per caelum angelos. Progredere: Iubet Deus IRE, id est uniformiter currere, TEMPVS AB AEVO. Aeuum idem est quod aeternum quasi aeuiternum. Id est haec temporalia duxit ab aeternitate, quia fecit ea ad similitudinem aeternitatis, id est archetypi mundi, quia, sicut quae ibi sunt manent, ita et haec temporalia. Et in hoc sunt similia aeternis temporalia, dissimilia uero quia aeterna manent stando, temporalia

uero manent fluendo. Dicit [I] *Boetius mundum* PERPETVA RATIONE *regi, quia intellexit illum per sapientiam Dei, id est per Filium Dei, non tantum factum esse sed etiam gubernari. Haec est ratio, quae apud Platonem beniuolentia, apud Hermetem bona uolentia uel uoluntas, apud Psalmistam uocatur benignitas. Haec est ratio per quam arida apparuit, per quam facta est caeli machina, per quam deducta sunt ab aeuo tempora. Nam, ut a centro circulus, sic ab aeuo deduciter tempus; et idem est in tempore aeuum quod est in circulo centrum. Centrum quippe et aeuum utrumque indiuisibile, utrumque inmobile est. Ecce per centrum rotae lignum terrae ⟨si⟩ infigas rotamque per gyrum uoluas, nonne circulus rotae ducitur et locus centri fixus habetur? Nam nunc sinistra pars circuli dextra nunc dextra citissime fit sinistra, nunc anterior posterior et posterior anterior; centrum tamen inmobile manet, sed uim motus et ordinem circulo ex⟨h⟩ibet. Eodem modo intelligas ab aeuo deduci tempora. Nihil est enim aliud aeuum quam contractio totius temporis praesentialiter habita in conspectu omnia uidentis. Nam omne tempus et ab aeuo deducitur et in illud contrahitur et aeuo praesentialiter in conspectu diuinae maiestatis manente dum tempus rotatur, quod nunc est crastinum, primum hodiernum, exinde fit hesternum.* [II] *Igitur sic intelligas deduci tempus ab aeuo ut circulum a centro, et sic reduci tempus ad aeuum ut circulum ad centrum.* STABILISQVE MANENS DAS CVNCTA MOVERI: Cuncta quae mouentur et transeunt sua dispositione mouentur, sicut scriptum est: q u o n i a m m u t a b i t e o s e t m u t a b u n t u r : t u a u t e m i d e m i p s e e s . Nam corporalia omnia loco sunt et mouentur tempore; spiritualia uero, ut anima, tempore tantum non loco. Deus uero nec loco nec tempore mouetur, sed omnem locum maiestate sua complet et omnia in eo sunt tempora. Loca omnia complet et occupat; ideo nullus est uacuus qui eum nouiter recipere ualeat. [III] *Et totus ubique est Deus: totus in maximis, totus in minimis.* QVEM NON EXTERNAE etc. [IV] *Nihil est ei externum qui cuncta continet, qui cuncta creat ex fonte propriae benignitatis. Nos ad aliquid agendum aut maiorum timor compellit aut amicorum amor inducit aut carnis uoluptas inuitat aut quaestus utilitas applicat;* sed Creatorem non coegerunt causae extrinsecus accidentes sibi, ut mundum faceret, sed ipsa sua bonitas naturaliter sibi INSITA, id est sua uoluntas, non inuidens creaturae suae eam ad imaginem et similitudinem suam formare in quantum ipsa materies potuit pati, quia forsitan ineffabilis auctor multa fecisset quae tamen materiei fragilitas recusauit. Ipse igitur dedit CVNCTA MOVERI et per hoc dedit cuncta fluitari. FLVITANTEM MATERIAM uocat illam informem materiam quae in mente Dei in primordio fuit, antequam mundus fieret, quando fluitabant; neque enim facies terrae adhuc uel aeris apparebat. Terra namque operta erat ueluti tenui nebula; aeris quoque claritas non apparebat quia non erat in eo lux qua illustraretur. Vel FLVITANTEM MATERIAM huius mundi uocat creationem, quae semper fluit et labitur. TV CVNCTA SVPERNO, etc. A superno exemplo dicitur cuncta duxisse, quia omnia ista mundana ad similitudinem et ad exemplum archetypi mundi, qui erat in conceptione mentis diuinae maiestatis, fecit. Ipse ibi statim subdit GERENS MVNDVM hunc sensilem in MENTE, quia prius concepit eum in mente sua quam operis effectum monstraret, et FORMANS hunc mundum IMAGINE, id est forma simili illi imagini et formae quae

erat in mente diuina, postquam illum concepit. Vel aliter A SVPERNO EXEMPLO, id est a Filio et sapientia sua per quam omnia fecit. Et item FORMANS: non tantum faciens sed etiam formans SIMILI IMAGINE, id est per Filium qui est forma et similitudo Patris. Vel supernum exemplum est tantum uelle Dei, quia non est ibi labor in conceptione imaginis. [V] *Igitur a superno cuncta duxit exemplo a proprio uelle* PVLCRVM PVLCERRIMVS IPSE MVNDVM MENTE GERENS. *Et quid est mens Dei nisi Filius Dei per quem et a quo omnia facta sunt et in quo sunt omnia quae facta sunt et uiuunt, sicut scriptum est:* Q u o d f a c t u m e s t i n i p s o u i t a e r a t ? SIMILIQVE IMAGINE FORMANS: *Imago est rei alicuius uere existentis forma per aequiuocationem non in eadem essentia alteri rei impressa ut aere homo fusilis. Ille namque homo est forma, materia, re et [in] nomine. Iste homo est forma, non materia; nomine, non re. Per materiam existentia mutatur. Per formam nomen manet. Secundum hanc sententiam mundus iste uocatur forma mundi qui uidetur et tantum nomen habet et uerus mundus non est. Si enim in imagine formatur, necesse est uerum aliquem esse a quo imaginis similitudo deducatur. Hunc si quaeris, is est in mente diuina, cuius existentia non fluitatur. Huius forma materiae fluitanti inprimitur et nomine manente is quem nunc uidemus exprimitur. Existentia tamen mutatur, quia quae in hoc per defectionem moriuntur, in illo per potentiam gerentis uiuificantur.* PERFECTASQVE IVBENS PERFECTVM ABSOLVERE PARTES: *Tunc iussit mundum perfectas absoluere partes quando maria separauit ab arida et aeris puritatem caelestis sp⟨h⟩aerae conuexitati substrinxit* neque cuiquam elemento quicquam ad perfectionem defuit. TV NVMERIS ELEMENTA LIGAS *non adiutorio sed ratione numerorum,* quia ad similitudinem solidorum numerorum et planorum, sicut supra dictum est, coniugauit elementa ita, scilicet VT FRIGORA, id est terra et aqua, CONVENIANT FLAMMIS, id est aeri et igni (terra scilicet aeri, aqua igni), et ARIDA, id est ignis et terra, CONVENIANT LIQVIDIS, scilicet aeri et aquae, scilicet ut ignis aquae, terra aeri, uel ignis aeri et terra aquae, uel terra aquae et aeri et ignis aquae et aeri, ut superius ostensum est. VEL FRIGORA FLAMMIS, id est aqua igni per aeris coniunctionem, ARIDA LIQVIDIS, id est terra aeri per aquarum coniunctionem conueniunt. Liquida enim est aqua, sed aer est liquidior. [VIII] *Qualitates ignis euolationem quaerunt; qualitates terrae quaerunt dimersionem. Sed sic duobus mediis ad inuicem ligantur, ut nec ista dimergi nec ille possit euolare.* Ignis enim duobus crassioribus elementis tenetur, aqua scilicet et aere, ne ad suam sedem euolet et terra ex eisdem hinc et inde, id est ex utraque parte. TV TRIPLICIS MEDIAM, etc. Anima triplicis naturae esse dicitur, sicut in commento super Isagoga Porphyrii inuenitur, quia alia est uegetabilis, alia sensibilis, alia rationalis: uegetabilis sicut in arboribus et herbis, sensibilis sicut in irrationabilibus animalibus, rationalis sicut in hominibus et angelis. Item aliter est triplex, quia alia est irascibilis, concupiscibilis, rationalis: irascibilis ut uitiis irascatur et corporis uoluptatibus, concupiscibilis ut Deum et proximum diligat et uirtutes appetat; rationabilis est, ut inter Creatorem et creaturam, inter bonum et malum, inter uerum et falsum discernere possit. His tribus addita sunt uirtus et doctrina: doctrina ideo ut quae anima amiserat corporis contagione, per doctrinam recuperet. Anima enim bona et sapiens a suo

Conditore creata fuit, sed corporis mole grauata fit obliuiosa; ideoque adhibenda est rationi doctrina, ut, quae obliuio sibi rapuit, per scientiam reducantur, scilicet ut legendo addiscat discernere creaturam a Creatore, bonum a malo, id est ut sciat repellere uitia et admittere uirtutes. Item, postquam sciet bene discernere, necessaria est uirtus, ut possit repellere et irasci uitiis et concupiscere uirtutes, quod sine uirtute fieri nequit. Quae tria, si rationabiliter fuerint custodita, coniungunt Creatori creaturam. Si uero fuerint permutata, mentem debilem reddunt. Si illa pars fuerit corrupta quae irascibilis dicitur, fit tristis homo felle amaritudinis plenus. Si autem illa pars quae est concupiscibilis uitiatur, fit uinosus, ebriosus et uoluptatum seruus. Si uero illa pars animae quae uocatur rationalis corrumpatur, fit homo superbus et omnibus uitiis subiectus. Item anima tribus modis dicitur, quia est tagaton, id est Deus Pater, et noys, id est mens et Filius Dei, quem ex se Deus Pater genuit, et postea anima mundi quam noys creauit. Rursus anima constat ex eadem essentia et ex diuersa et ex utraque confecta. Eadem essentia dicitur quae intellectu solo percipitur, sicut diuina. Diuersa essentia est quae sensu tantum dinoscitur, uel uisu uel auditu, gustu, tactu et odoratu, sicut indiuidua. Essentia confecta ex utraque dicitur uniuersalis essentia, generalis uel spiritualis, quae ratione tantum dinoscitur. Vniuersalia enim, scilicet genera et species, dicuntur media essentia et confecta ex eadem essentia et diuersa, quia, cum deprehendantur per sensibilia, neque penitus descendunt ad ipsa sensibilia nec ad illa intelligibilia ascendunt et sic stant in medio; ideoque dicuntur media essentia quae ratione tantum dinoscuntur. Sic quoque in anima tria notabis: quae intellectu solo percipit sicut diuina, ratione uero sicut media, sensu quoque sicut ea quae humanis sensibus subiacent. Item sicut philosophi dicunt, postquam Deus ita diuisit animam mundi in tres partes, id est in eandem essentiam et diuersam et mediam, miscuit totum, quasi in uno cratere posuisset. Inde sumpta est pars una; et illa uocata est unitas, quam quasi in summo posuit. Item posuit duas alias partes descendentes ab ipsa unitate, scilicet duos numeros, unum parem, alium inparem, unum in uno ordine, alium in alio ordine. Vnus surgit a pari numero, alius ab inpari. In illo qui a pari numero surgit primum ponitur post unitatem binarius numerus, qui est duplus ad unitatem, deinde quaternarius, qui est duplus ad binarium, quadruplus ad unitatem, postea octonarius, qui est duplus ad quaternarium, quadruplus ad binarium, octuplus ad unitatem. In alio ordine uero primum posuit ternarium post unitatem, qui est triplus ad unitatem, deinde nouenarium, qui est triplus ad ternarium, nonuplus ad unitatem, postea XX et VII, qui est triplus ad nouem (*sic*) nouies, triplus ad ternarium, uicies septuplus ad unitatem. Quorum numerorum unus masculus est, alter uero femina. Femina dicitur numerus qui surgit a binario; qui idem dicitur femina numerus, quia binarius, a quo surgit, primus omnium numerorum discedit ab unitate. Per unitatem uero quae non crescit, uelut si dicamus unum semel unus idem semper est, notamus diuinam essentiam quae eadem dicitur quae nec minui nec crescere potest. Per binarium uero numerum habemus

diuersam essentiam, quia, sicut binarius primus discedit ab unitate, ita diuersa essentia primum et ualde distat ab eadem essentia. Rursus in alio ordine, numerus qui incipit ab inpari, scilicet a ternario, dicitur masculus, ideo scilicet quia habet semper mediam unitatem cum qua iungit utrasque partes. Sicut in ternario uides quod unitas media est cum qua iunguntur duae aliae unitates, sic et in quinario est unitas quae iungit duos binarios. Et comparatur iste numerus qui ab inpari surgit mediae essentiae, quia, sicut ibi semper est unitas cum qua possunt iungi duo extrema, ita quadam proprietate media essentia attingit eandem essentiam et diuersam; id est, sicut ternarius informatur ab unitate et binario, sic et media essentia informatur ab eadem essentia et diuersa, quia etiam deprehenditur a sensibilibus nec penitus ad ipsa sensibilia descendit. Sic et eadem essentia. Itaque, sicut quicquid ex mare et femina creatur perfectum est, ita anima mundi ex his duobus numeris scilicet mare et femina generatur, quia constat ex eadem essentia et diuersa et confecta ex utraque. Rursus summus Opifex, postquam diuisit, ut supra dictum est, in duos numeros et unitatem animam, coniunxit illos duos numerorum ordines ducens in longum, ut ostenderet esse diuersos ab unitate, et ut ad eandem similitudinem monstraret mediam essentiam et diuersam multum esse diuersam ab eadem essentia. Item diuisit, ut ostenderet animam in duobus esse diuersam: in rationabili et irrationabili motu. Sed cum dicat animam mundi CVNCTA MOVENTEM, uidendum est quot sunt species motus. [IXa] *Tres igitur sunt motus principales species: inmutatio, commutatio, transmutatio. Inmutatio est aut ex non esse in esse, aut ex esse in non esse, commutatio uero ex esse in esse, aut per qualitatem aut per quantitatem, transmutatio de loco in locum. Secundum transmutationem terra inmobilis est, secundum commutationem mobilis est, quia, quando post frigoris rigorem calefacta est, germinat; igitur terra inmobilis et mobilis et cuncta mouentur. Anima ergo triplicis naturae est cuncta mouens. Media dicitur, quia cuncta quae uiuificantur, intra caeli firmamentum uegetat. Extra firmamentum enim nec arbores nec pecudes nec homines uiuificantur.* PER CONSONA MEMBRA dicit, scilicet per solem et lunam et alias stellas quae sibi consimilia sunt in eo, quod circuli ritu mouentur sicut et ipsa, vel rotunda corpora, id est perfecta; possumus hic hominem comprehendere quantum ad caput quod rotundum est, in quo continetur sapientia et tota uis animae, scilicet in cerebro. [IXb] *Vel aliter* PER *CONSONA MEMBRA resoluitur, dum una eademque propaginis similitudine per diuersitatem uegetationis fit perdiuersa; aliter enim arbores, aliter pecudes, aliter homines uegetantur, sed uno eodemque modo mortificato scilicet semine propagantur. Et ideo animae conexio, scilicet propagationis similitudo. Et eius resolutio per diuersa corpora diuersa est uegetatio. Quae corpora, quamuis ad inuicem diuersa sint, ipsi tamen animae sunt consona.* QVAE CVM SECTA etc. DVOS ORBES uocat rationabilem et irrationabilem motum. Rationabilis dicitur motus qui fit ab oriente per occidentem et iterum in orientem. Irrationabilis uero motus est qui nititur contra firmamentum sicut motus planetarum, qui fit ab occidente per orientem iterum in occidentem. GLOMERAVIT quasi coadunauit ortum suum in diuersos orbes, ipsa, dico, REDITVRA IN SEMET. Tunc redit anima in semet quando

ibi ponit finem unde sumpsit principium, et recedens ab his deuiis mundi con-
trahitur in semetipsam reminiscens cuius naturae sit uel unde habuisset initium
inde sit acceptura finem, sicut superius dixit STABILEMQVE SVI FECERIT ORBEM
ET CIRCVIT PROFVNDAM MENTEM, id est interiorem uim sui, quando recognosc
creatorem suum. Vel mentem diuinam circuit quando est in contemplation
diuinae mentis. ET SIMILI CONVERTIT IMAGINE CAELVM, quia caelum ration
abiliter mouet et irrationabiliter. Vel aliter PROFVNDAM MENTEM CIRCVIT, id est
mundum qui erat in mente antequam crearetur, ET SIMILI IMAGINE CONVERTIT
CAELVM, id est simili cursu qualis fuit primo anno creationis suae. Sed meliu
est ut in hoc loco animam humanam intelligamus, ut praedictum est, sicque
dicitur glomerare suum motum in duos orbes et reuertitur in semet ipsam
Dicunt doctores quia per intuitum oculorum uis animae egreditur ad co
spicienda exteriora, ita tamen ut statim reuertatur. Per profundam meditationem
in se reuoluens agensque simili imagine quae foris uidit per oculos, in se redien
colligit in mente, et, sicut foris caeli et terrae uel maris uel cuiusque rei specie
uel motum per oculos uiderit, ita simili imagine intus reuoluens ea quae uidera
conspicit. Caelum autem in hoc loco pro omnibus creaturis corporalibus accipitu
: per id quod continet id quod continetur. TV CAVSIS ANIMAS PARIBVS. Sensu
est: Animas prouehis paribus, id est eisdem uel similibus causis quibus animar
mundi fecisti, facis animas. Et determinat QVAS, scilicet has MINORES VITAS, id
est animas humanas, et unde fecisset eas, scilicet ex eadem essentia et diuersa, et
ex eadem dicit per id quod subdit PARIBVS CAVSIS. Idem uocatur anima et spiritu
sed anima in quantum animat corpus, spiritus uero quando non animat. MINORE
VITAS uocat eas respectu mundi animae. Vel per animas accipe spiritus angelorum
per minores uitas animas hominum. Prosequere: Et APTANS eas LEVIBVS CVR-
RIBVS, scilicet humanas animas, postquam eas creauit, posuit in comparibus stelli
ut in eis discerent ordinem bene uiuendi. Vnde dicit IN CAELVM SERIS primum
deinde in terram, quasi diceret: primum posuit eas in comparibus stellis; deind
descenderunt primum per Cancrum in Saturnum, a Saturno in Iouem et sic pe
ceteros planetas aliquid inperfectionis in unoquoque semper accipiendo, done
ueniant in terram et sic incorporentur. Vel aliter has animas quas Boetius uoca
SVBLIMES hominum tantum esse intelligo non angelorum. [Xa] *Harum animaru
cvrrus sunt ratio et intelligentia. Nam his curribus aptantur, his uehuntur; his et proprii
arbitrii ⟨libertate⟩ sibi concessa in caelum terramque seruntur, dum modo caelestia, mod
cogitant terrestria. Serit eas quidem Dominus per usum rationis et intelligentiae in caelu
uolando; in terram serit, quia dedit eis libertatem, qua non tantum caelestia sed etiam ter-
restria possunt appetere. Data est libertas eis propriae uoluntatis, datae sunt eis ratio et intel-
ligentia, ⟨alae⟩ uidelicet propriae libertatis. Per has enim alas quo uult ducitur libertas. Dat
sunt haec eis ad gloriam, quibus multae non ad gloriam utuntur, sed ad ignominiam; OVAS
TAMEN SAEPE DOMINUS LEGE BENIGNA AD SE CONVERSAS REDVCI IGNE*
id est ⟨ad⟩ sese uitali spiritu uel per sidera per quae descenderunt facit reuerti. [Xb]
Vel sic: *Dum eas per Euangelii gratiam, quae non lex aspera, sed benigna uocatur, ign*

Sancti Spiritus reduci accensas, ad caelestia reuocando suscipit. Igitur LEVIBVS CVRRIBVS *aptatae in caelum terramque seruntur, quia, quamuis corporibus modicis claudantur, mundum tamen totum per currus suos, id est rationem et intelligentiam, peruolant ac caelum terramque perlustrant.* DA PATER AVGVSTAM id est regalem, SEDEM, uel ANGUSTAM *sic: Qui quaerit sedem, desiderat requiem; qui requiem desiderat, angustiam uitat. Mens etenim et corpus diuersae sunt naturae, et ideo diuersae uoluntatis. Vnde illa angustiatur illud dilatatur, et unde illa dilatatur illud angustiatur. Angusta sede corpus grauatur, mens reficitur; ampla uero corpus gloriatur, mens confunditur, quae quanto per plura diuiditur tanto magis sui ipsius uigore minuitur. Angustam sedem mens appetit, quando a multis, in quibus per sug⟨g⟩estionem carnis morabatur, se in semetipsam recolligit. Et haec mentis recollectio uel conscensio sine Dei dono fieri non potest, quia inaniter nauta nauigando laborat, nisi gubernator nauim in debitum cursum dirigat.* DA FONTEM LVSTRARE: *Ordinem uide, intelligentiam adhibe, consequentiam intellige. Primum optatur mentis conscensio, exinde summi boni lustratio, tunc lucis repertio. Optandi sunt gradus qui ducunt ad uitam, quia nulli sine his patet ascensus ad gloriam. Mens omnis, postquam ab infimis se recolligit, in semetipsam conscendit; in semetipsa sedens semetipsam cognoscere quaerit; semetipsam cognoscere laborans, quicquid boni habet, se non habere ex semetipsa intelligit, quia se habere non semetipsa percipit. Ex quo habeat quaerere incipit, ut bonorum suorum fontem et originem reperire ualeat. Dum fontem boni sitiens perlustrat, inuenit lucem quae omnem hominem uenientem in hunc mundum illuminat. Huic luci uisum configere est et uidere et uiuere; ab hac uisum declinare excaecari et emori est. Igitur in semetipsam conscendens, quia se uitiari posse percipit, se summum bonum non esse cognoscit; necesse esse tamen summum bonum, ex quo ipsa sit bona, intelligit. Hoc summum bonum perlustrare, quamdiu tenebris mundanae sollicitudinis inuoluitur, non potest. His tenebris expedita et bona sua uidens, per eorum cognitionem ad fontem desideratum sitiens uenit, non tamen sine illuminatione, quae ducit ad lucem.* DISSICE, id est dissipa, TERRENAE NEBVLAS. *Nam ad inquisitionem summi boni pondera mali et ad repertionem lucis nebulae obsunt. Ergo qui lucem quaerit, nebulas fugiat; qui summum appetit bonum,* PONDERA TERRENAE MOLIS *abiciat. Sic Deum splendore suo micantem uidebit, id est Patrem per Filii operationem clarificatum cognoscet. Nam ut per splendorem uigor solis aperitur, sic per Filium maiestas Patris intelligitur.* TV NAMQVE SERENVM: [XI] *In serenitate iocunditas; in* REQVIE *suauitas; in* FINE *sufficientia intelligitur. In Deo haec habes. Sed si a Deo recedis, in horum contraria cadis, id est in perturbationem, in inquietudinem, et in appetitum insatiabilem.* PRINCIPIVM, VECTOR, DVX, SEMITA, TERMINVS IDEM: *Principium humanitatis per creationem, semita per legem, dux per prophetias, uector per Euangelii gratiam, terminus uel per redemptionem, uel per uniuersae carnis examinationem.*

APPENDIX

II

M. Courcelle's review of Pseudo-Johannes Scottus was published in *Moyen Age* vol. 46 (1937), pp. 74-5. I shall not attempt to discuss here all the points raised in the review, but a few of them must be answered. To begin with, M. Courcelle taxed me with having neglected certain manuscripts of the Ps.-J. commentary. One of these, Heiligenkreuz MS. 130 (XIIs.), I have not been able to examine. Bibliothèque Nationale MS. lat. 16093, fol. 69r, said by M. Courcelle to contain a fragment of Ps.-J., is a blank page except for a few lines of material that is in no way connected with the commentary of Ps.-J. The verso page of the last leaf of this manuscript has some notes on the *Consolatio*, but they are not derived from Ps.-J. I have been unable to find any trace of Ps.-J. in MS. 16093. As for Vatican MS. Ottob. 899 (the reference should have been 889), it is true that this manuscript contains a long commentary (or possibly two, for the commentary is written in the margins of the Boethius text by, at least, two different hands), which has a long passage on III m 9 that corresponds verbatim to Ps.-J. There are innumerable other shorter parallels to parts of the Ps.-J. text. When commencing work on my edition in 1930, I made use of the readings of Ottob. 889 on Boethius III m 9. When further study, however, convinced me that the marginal commentary in Ottob. 889 was a conflation of Ps.-J. and some other commentary, I discarded this material. The last manuscript said by M. Courcelle to have been neglected by me is a manuscript of the Stadtbibliothek, Erfurt, MS. Amplon. Q.5., fol. 1v-82v (*v.* Courcelle, *Etude*, pp. 80 ff., 132). This is a thirteenth century manuscript of the *Consolatio Philosophiae*, with a commentary sometimes in the form of marginal scholia and sometimes written straight across the page in large spaces obviously intended for this purpose. It is difficult to understand why M. Courcelle should have considered this to be a manuscript of Ps.-J. and why he should have decided to call the Ps.-J. "Commentaire anonyme du manuscrit d'Erfurt", because the most cursory examination of the Erfurt manuscript would be sufficient to demonstrate that, whatever its commentary may be, it is not a text of Ps.-J.

The few lines of the *vita Boethii* quoted by M. Courcelle from the beginning of the Erfurt manuscript were really sufficient to show that the Anonymus Erfurtensis and Ps.-J. are quite unlike as they begin. A few more lines will complete the demonstration:

ANON. ERFURT.

Incipit commentum in librum philosophice consolationis Boetii. Tempore quo Gothorum rex Theodoricus Romanam rem publicam armis invasit, Boetius Rome multum claruit eique plus omnibus resistit. Cumque rex ille nefarius rempublicam vi opprimeret atque inmanem intolerandamque tyrannidem in ea exerceret, doluit valde Boetius multumque fuit sollicitus qualiter Senatum ipsamque rempublicam ab eius eriperet manibus . . .

PSEUDO-JOHANNES

Tempore Theodorici regis insignis auctor Boetius claruit, qui uirtute sua consul in urbe fuit. Cum uero Theodoricus rex uoluit tyrannidem exercere in urbe ac bonos quosque ex Senatu neci dare, Boetius eius dolos effugere gestiens, quippe qui bonis omnibus necem parabat, uidelicet clam litteris ad Graecos missis . . .

It may justly be objected that a comparison of two commentaries in their opening paragraphs is of little value, since the opening paragraph (the *accessus ad auctorem*) is a notoriously detachable part of a commentary and often has an independent manuscript tradition, so that one cannot be positive that the *vita Boethii* of either Anon. Erfurtensis or Ps.-J. is original. But, if two works are to be regarded as identical, surely they should *say the same thing* and, after all allowances have been made for variant readings, *say the same thing in the same words*, if not in the *accessus*, certainly in the body of the commentary. It is precisely this essential literal agreement that is wanting between the Anonymus of Erfurt and Ps.-J. I quote the beginning of both commentaries on *Consolatio* III m 9:

ANON. ERFURT.

O QUI PERPETUA MUNDUM RATIONE GUBERNAS. Sciendum quod quicumque de constitutione mundi digne tractant tam katholici quam ethnici duos mundos esse asserant: unum archetypum, alterum sensibilem vel imaginarium. Archetypum vero mundum vocant principalem mundum, scilicet concepcionem mundi huius visibilis eternaliter existentem in mente divina. Imaginarium autem dicunt hunc mundum sensibus subiacentem, qui videri scilicet et aliis sensibus percipi potest, ad illius eterni imaginem temporalem constitutionem habentem. Et huius temporalis dicunt Deum fecisse duo principalia, terram scilicet et ignem, quibus ad exemplar duorum primorum cubicorum numerorum solidorum

PSEUDO-JOHANNES

O QUI PERPETUA MUNDUM RATIONE GUBERNAS. Priusquam hanc litteram exponamus, pauca praemittenda sunt, ut quae sequentur citius innotescant. Quicumque de mundi constitutione dixerunt, sive Catholici vel ethnici, id est gentiles, fuerunt, duos mundos esse asseruerunt: unum quidem dictum archetypum, alium vocatum sensilem, id est exemplarem mundum. Archetypum vero mundum vocaverunt conceptionem et imaginationem huius sensilis mundi, quae fuit in mente divina antequam iste sensilis mundus fieret. Priusquam enim Deus hunc mundum sensilem corporaliter crearet, ita eum quasi iam praesentialiter videbat, quem mente concipiebat. Et quaecumque fiunt vel

dedit compositionem. Quod sic considerandum est: Duo primi cubici numeri sunt qui a duobus primis numeris, quorum alter est par, alter impar, scilicet a binario et ternario surgunt. Hoc modo arithmetici dicunt, quod omnis numerus adverbialiter per se prolatus longitudinem significat, semel ductus in se latitudinem, secundo ductus altitudinem. Ergo si dixerimus adverbialiter bis, lineam significat, id est duo puncta. Est interposita altitudine, si semel reducamus (*sic*) in se, ut dicamus bis bini, quatuor puncta significat. Est interposita latitudine, si item dicamus bis bini bis, addimus altitudinem, scilicet aliam partem latitudini priori in altum superpositam. Et hae tres dimensiones vocantur unus solidus numerus vel mathematicum id est doctrinale corpus, quia ad similitudinem numeri mathematici et solidi corporis quantitativi tribus dimensionibus constituitur. Dicitur etiam cubus, quia de equali longitudine per aequalem latitudinem ad aequalem surgunt altitudinem. Et hic est primus cubicus numerus. Secundus, qui est a secundo numero, similiter constituitur, ut dicamus ter terni ter . . .

adhuc futura sunt usque in finem saeculi, omnia ante mundi huius constitutionem ita praesentia quasi iam facta cernebat. Et totius huius mundi imago in mente Dei erat, ad cuius imaginis exemplum mundus iste sensilis factus est. Sicut enim artifex arcam facturus vel domum, prius figuram illius in mente praevidet, ad cuius figurae similitudinem postea opus facit (vel arcam vel domum), ita Deus formam mundi huius in ratione sua habuit, antequam hunc sensilem mundum ad eandem similitudinem faceret. Hanc imaginem, quae sic fuit in mente divina, Plato vocat ideam, id est formam vel imaginem vel figuram. Beatus Ioannes evangelista ipsam appellat vitam dicens: quod factum est in ipso, vita erat. Boetius quoque vocat eandem providentiam Dei in sequentibus. Haec itaque mentis divinae conceptio et imago, ad cuius exemplum hic mundus sensilis factus est, archetypus appellatur. Sensilis mundus vero dicitur et exemplaris . . .

It seems scarcely necessary to discuss the question: are Ps.-J. and Anon. Erfurt. the same work? Any major verbal agreement between the two is difficult to find: a phrase or two or an occasional word at the beginning of III m 9; after that nothing. Ps.-J., of course, eventually discusses the *syzygiae elementorum* and their arithmetical analogies, but his discussion is both longer than that of Anon. Erfurt. and presented in quite different language.

The comparison of Ps.-J. and the Anonymous of Erfurt could just as well be dropped at this point, for, I think, it is abundantly clear that, whatever else the Anonymous of Erfurt is, it is not a neglected copy of the work of Ps.-J. This is not the place in which to begin an investigation of the Anonymous of Erfurt itself, but it may be worth while to record the speculation that the Erfurt commentary is a late work based on Remigius of Auxerre and possibly, to some extent, on the Ps.-J. as well. The following excerpts from Anon. Erfurt., Remigius, and Ps.-J. on III m 9, 15 ff. show a definite debt of Anon. Erfurtensis to Remigius, and the independence of Ps.-J. with regard to both Anon. Erfurt.

and Remigius in the passage in which those two agree. The passage in italics is found in all three commentaries, but it will be noted that Remigius and the Anon. Erfurt. use these words in interpreting III m 9, line 15, whereas Ps.-J. uses them in his comment on line 17. If my contention is correct, as set forth in earlier pages of this study, that Ps.-J. was a primary source of Remigius, it seems likely that the Anon. Erfurt. owes most of its Ps.-J.-matter to Remigius, but it may have a direct debt to Ps.-J. as well. These questions, however, like that of the commentary in Ottob. 889, must be postponed for future study.

ANON. ERFURTENSIS

QUAE CUM SECTA. Non est anima in sui natura diversa, sed actus ipsius in duos extenditur oculos ad aliquid contemplandum, sicque dicitur glomerare motum suum in duos orbes, et revertitur in semet ipsam. *Dicunt doctores, quod per intuitum oculorum vis anime egreditur ad conspicienda exteriora. Ita tamen se extendit ut statim revertatur per profundam meditacionem in se revolvens agensque imagine que foris vidit* sicut videt exterius volvi. Ita est de aliis rebus intelligendum, que prius videt ac deinde meditatur. Nam cum unus sit sol, radios diversam in partem videtur diffundere, cum per rimulas et fenestras ingreditur, id est in ortum et occasum. Unde Salomon dicit: oritur sol et occidit et revertitur ad ortum suum; girat per meridiem, flectitur ad Aquilonem. (16) IN SEMET REDITURA MEAT . . .

REMIGIUS

QUAE CUM SECTA DUOS MOTUM GLOMERAVIT IN ORBES. Non est anima in sua natura divisa, sed actus ipsius in duos extenditur oculos ad aliquid contemplandum sicque dicitur glomerare suum motum in duos orbes et revertitur in semet ipsam. *Dicunt enim doctores quod per intuitum oculorum vis animae egreditur ad conspicienda exteriora. Ita tamen extendit se ut statim revertatur per profundam meditationem in se revolvens agensque in simili imagine quae foris videt* sicut videt exterius volvi. Ita est de aliis rebus intelligendum quae prius videt ac deinde meditatur. Nam cum unus sit sol, radios in diversam partem videtur dividere, cum per rimulas et fenestras ingreditur, id est in ortum et occasum. Unde Salomon dicit: oritur sol et occidit et revertitur ad ortum suum: gyrat per meridiem et flectitur ad Aquilonem. (16) IN SEMET REDITURA MEAT . . . (*Silk*, p. 337 ff.)

PS.-JOHANNES

QUAE CUM SECTA etc. Duos orbes vocat rationabilem et irrationabilem motum. Rationabilis dicitur motus qui fit ab oriente per occidentem et iterum in orientem. Irrationabilis vero motus est qui nititur contra firmamentum sicut motus planetarum, qui fit ab occidente per orientem iterum in occidentem. GLOMERAVIT quasi coadunavit ortum suum in diversos orbes, ipsa, dico (16) REDITURA IN SEMET. Tunc redit anima in semet quando ibi ponit finem unde sumpsit principium, et recedens ab his deviis mundi contrahitur in semet ipsam, reminiscens cuius naturae sit vel unde habuisset initium inde sit acceptura finem, sicut superius dixit STABILEMQUE SUI FECERIT ORBEM. ET CIRCUIT PROFUNDAM MENTEM, id est interiorem vim sui, quando recognoscit creatorem suum. Vel mentem divinam circuit quando est in contemplatione divinae mentis. ET SIMILI CONVERTIT IMA-

GINE CAELUM, quia caelum rationabiliter movet et irrationabiliter. Vel aliter PROFUNDAM MENTEM CIRCUIT, id est mundum qui erat in mente, antequam crearetur ET SIMILI IMAGINE CONVERTIT CAELUM id est simili cursu qualis fuit primo anno creationis suae. Sed melius est, ut in hoc loco animam humanam intelligamus, ut praedictum est, sicque dicitur glomerem suum motum in duos orbes et revertitur in semet ipsam. *Dicunt doctores quia per intuitum oculorum vis animae egreditur ad conspicienda exteriora, ita tamen ut statim revertatur. Per profundam meditationem in se revolvens agensque simili imagine quae foris vidit* per oculos, in se rediens colligit in mente, et, sicut foris caeli et terrae vel maris vel cuiusque rei speciem vel motum per oculos viderit, ita simili imagine intus revolvens ea quae viderat conspicit . . .

It is impossible to review here M. Courcelle's *Etude* as a whole, but one or two further matters discussed by M. Courcelle require brief comment. The statement (*Etude* p. 9) regarding the difficulty of editing commentaries and the uncertainty of the text when edited, is misleading. Granted that the textual criticism of commentaries is more difficult in general than that of many of the *auctores*, because the circumstances of transmission were more complicated, an editor of a mediaeval commentary is rarely justified in concluding that a given text was ever in a fluid state. Once a well-known teacher's recension of the traditional Boethius lore had been published, it was transmitted with varying degrees of mechanical accuracy until replaced by a new recension (expansion or abridgment). Each recension will have had sufficient individuality (if only in the minutiae of vocabulary and style) to make possible its reconstruction by painstaking editors. If this were not so, a work like M. Courcelle's own *Etude* would have been impossible.

The statement (*Etude* p. 120) that the Old High German glosses of Paris MS. lat. 13953 are not in "cryptographie" is incorrect. There are quantities of cipher glosses in this manuscript and a number on the first page of the Boethius commentary.

It was inevitable that M. Courcelle should fail to mention some of the later Boethius commentaries, for their number is very great, but one misses particularly any reference to the work of William Whetley. His extensive commentary is found in several English manuscripts, e.g. New Coll. Oxford 264, which is inscribed with his name.

APPENDIX

III

A duobus philosophis sumpta erat disputatio de unius Dei cultu et uere fidei unitate. Noueram locum, sed non presumebam ire, quia multus erat et uarius exitus uie. Summonuit me quidam illuc ire et uere fidei assertiones audire. Obtendi meam debilitatem, totque uiarum dubiam michi uarietatem. Promisit ducatum, porrexit manum et amica me violentia cepit tradere post se. Tandem uenimus ad diuersorium quod uidebamus. Intrauit ille domum, quia erat de intraneis: extra remansi, quia eram de extraneis. Circa hostium consedi, quia eram notus de hostiariis uni. Considebant ibi plures litterati homines et, ut michi uidebatur, logice discipline studentes. Nam questio ista inter eos tunc erat quo modo sit accipiendum quod Aristotiles ait: *Non existentibus primis substantiis impossibile est aliquid aliorum esse*. Porphirius enim et alii astruunt philosophi quod ea que sunt indiuidua non tollunt secum species et genera, species uero ac genera tollunt secum indiuidua. Indiuidua dicit Aristotiles esse primas substantias, et secundas substantias dicit esse species et genera. Altera inter duos alios iuxta me habebatur questio, uidelicet utrum grammatica sit logica. Nam si grammatica non sit logica, non erunt tres logice artis species, nec septem liberales artes. Sed constitutiue partes cuiusque generis sunt constitutiue partes speciei eiusdem generis. Inuentio et iudicium sunt constitutiue partes logice; erunt igitur grammatice, aut grammatica non erit species logice. At de inuentione et iudicio in disciplinis grammatice nusquam fit sermo. Grammatica itaque non uidetur ars esse naturalis, nec logica, nec ars liberalis. Harum questionum expectabam solutionem, sed mox melioris cause suscepimus actionem. Ecce ab eis qui erant intus uenit ad nos qui eramus foris persona digna speciei. Paucis et grauibus uerbis silentium iussit fieri et ut intenti ac debita reuerentia que intus dicebantur audierimus imperauit. Propius accessi, intro aspexi, et introii. Sermo erat inter duos magne fame sed diuerse secte philosophos. Unus erat Gentilis et Christiane fidei sub rationis executione callidus impugnator; alter erat e contra ueris assertionibus eiusdem fidei expugnator. Sic itaque GENTILIS ille intulit:

Vos Christiani appellatis nos irrationales, sed non sumus, sicut dicitis, omnino rationis expertes. Poete nostri, ut scientia elocutionis ⟨se⟩ exercerent, fabulose multa dixerunt, que ita esse non crediderunt, immo aliter esse docuerunt; non quidem apud uulgus, quod pecudum more nil preter sensibilia nouit, sed apud eos qui rationi uacant et inquirende ueritati, qui sensum ab imaginatione et imaginationem a ratione discernunt, et super hec omnia Dei Creatoris intelligentiam esse credunt, que falli non potest ulla consideratione, nec immutari ulla communicatione. Ista considerare debet ac potest homo, quia uti ratione potest ac debet homo. Ratio est ea uis animi que iustum ab iniusto discernit. Iustitia est dare ac ser⟨vare⟩ cuique quod suum est. Ad eum igitur a quo est homo exigit ratio ut homo referat hoc ipsum, quia est homo. Querat itaque hoc, qua de causa sit factus, et uidebit quo Factor sit amore dignus. Nam si homini aliquando et alicubi aliud esse non reseruatur, omnino miserabile esse homini conseruatur. Brevi uiuit tempore, repletur multis miseriis; quibuslibet divitiis abundat, tandem desinit esse.

1 cum: cō *cod.* 11 studentes: studens *cod.*

12-59,1 *Cat.* 2b5.

11 esse: est *cod.* 11 longica *cod.* 14 intendi *cod.* 20 exercerunt *cod.*

5-11 cf. H. DE S. VICTORE, *Didasc.* II 30, p. 46 seq. Buttimer; J. SARISBERIENSIS, *Metal.* II 1, p. 60. 15 Webb. 12-3 cf. RODULFUS, *Libellus primus de nesciente et sciente* (cod. Laud misc. 363, fol. 78, de quo vide M.A.R.S. I 14-17): "Sunt autem multi homines etiam Christiani moribus et uita fere similes bestiis qui etiam hoc ipsum utrum deus sit dubitant, nec aliud quam que oculis uidentur esse existimant", et GILBERTUS, *Disputatio de anima*, cit. M.A.R.S. I 15, n. 2. 27 Ratio: cf. ISID., *Etym.* XI 1, 13. Iustitia: vid. F. SENN, *De la justice et du droit*, Paris, 1927, pp. 3, 48-54.

CHRISTIANUS. Ea que dicis, ut homo se totum ad Deum referat qui fecit eum, Scriptura nobis a Deo data dicit: *Deum*, inquit, *time et mandata eius obserua: hoc est omnis homo.* Ad hoc enim factus est homo, ut se ad Deum referat, eum diligat et timeat, eiusque obseruet mandata. Ista dum facit homo, ratione utitur et conditionis eius causas exequitur.

GENTILIS. Semel accipe dictum: Leges ac litteras uestras non recipio, nec sumptas ab eis auctoritates accipio. Nec tu quidem meas recipis, nec ullam auctoritatem sumo ab eis. Legis enim Moysi et euangelii Iesu Christi unus et idem auctor existit, sicut uos Christiani asseritis. Quia ergo uestre et illorum littere ab uno auctore sunt date, pari assensu et uos illorum legi parere et illi uestre legi deberent oboedire. At Iudei legem Christianorum non seruant, sed oppugnant; nec Christiani legem Iudeorum obseruant, sed iam superuacue eam obseruari contendunt et disputant. Propterea quisque uestrum legis sue sibi tollit aput nos testimonium. Itaque, omissa Scripturarum uestrarum auctoritate, ex equo disputemus pari oratione.

CHRISTIANUS. Omittamus igitur Scripturarum nostrarum auctoritatem, donec congruam det nobis Deus inde agendi facultatem. Iudicem sequamur rationem et ad nostrum redeamus primum sermonem. Sectantes rationem corde credimus et ore confitemur unum Deum esse et non plures Deos esse. Si enim concedimus Deitati posse attribui pluralitatem, concedi oportet infinitam posse attribui numerositatem. Quod esse non potest. Nam Deus est quo nichil maius ac melius sit, et quod super omnia est. Plura uero esse non possunt quorum unumquodque sit quo nichil maius ac melius sit, et quod super omnia sit. Itaque unus Deus est, ad quem solum cogit ratio ut te totum referas, animi tui totis uiribus eum ames et timeas. Non et poete uestri scripserunt Deum a timore appellari? Si ergo Dei timor te optinuerit et eius amor te possederit, uoluntati eius uoluntas tua tota suberit, et mandata eius seruabis. Si obseruas, quia iuste facis, dictante iustitia premium habebis. Si seruare nolueris, quia iniuste facis, iuste punieris. Sic enim iustum est ut det Deus unicuique quod suum est et quisque Deo det quod suum est.

GENTILIS. Multa michi occurrunt aduersus ista. Inquis: Deus est unus, Creator uniuersitatis est unus, sectande moralitatis institutor est unus; sic et eius sanctio semper eadem esse debet et incommunicabilis. At circa eum sepe fit rerum transmutatio et *uicissitudinis obumbratio* et uaria mandatorum sanctio, si uera sint que leguntur in Veteri quod dicitis Testamento. Nam litterae uestre sunt apud nos, sicut et nostre sunt aput nos. Ea auctoritate qua uos legitis nostras, ea

11 non seruant: non seruat *cod.* 15 disputamus *cod.* 20 infinita *cod.* 25 attimore *cod.* 31 sectante *cod.*

2-3 Eccl. XII 13. 9 illorum *sc.* Iudaeorum. 18-23 cf. ANSELMUS, *De incarn. verbi*, c. 4, PL 158 col. 274. 21 quo nichil maius et melius sit: cf. p. 61, 26. 25 Deum a timore appellari: *quasi Deus a* δέος; cf. ISIDORUS, Etymol. vii 1,5. 32-16, 15 cf. *Disp. Iudaei cum Christiano*, PL 159 col. 1010-12. 33 Jac. I 17.

et nos auctoritate legimus uestras. Veritas enim et ratio a nullo refutanda est. Redeamus ad incepta. In libro *Psalmorum* uestrorum ita scriptum habetis: *Hec est mutatio dextere Excelsi:* et in gestis que leguntur aput uos id uerum esse probatis. Ad hoc. Sicut dicitis, Deus dedit legem Moysi, et eam legem per omnia seruari constituit; et post multa tempora, sicut dicitis, Deus ipse homo factus legem suscepit ipsam, per omnia seruavit, per omnia seruandam esse commendauit. Euangeliorum libros sepe audiuimus. In Euangeliis illis est scriptum quod Christus dixit: *Non ueni legem soluere, sed adimplere. Amen dico uobis, iota unum aut unus apex non preteribit a lege, donec omnia fiant.* Nulla non fieri promisit, sed omnia fieri instituit. Vos uero Christiani, Christi discipuli, legem quam Christus seruauit non seruatis, immo seruandam non esse disputatis, quamuis legem uos per omnia seruare omni animositate contenditis. Sed nil ad nos hec altercatio et dissensio, nisi quod et circa istas immutationes multa est *immutatio dextere Excelsi*, quod omnino alienum est ab excellentia Dei, cum sit Deus semper idem et omnino immutabilis. Gentiles quidem sumus et pagani et, ut dicitis, a Deo alieni; sed ista que dixi et multa alia huiusmodi remouent nos a fide uestra et a cultu Dei uestri.

CHRISTIANUS. Quia Deus est unus, noster ac uester Deus non sunt duo Dii sed unus Deus. Unum Deum esse credimus, confitemur, et omni ueritatis assertione astruimus; uos etiam idem nobiscum sapitis, quia nobis ratio ipsa monstrat plures Deos esse non posse. Patere, rogo, ingenii mei tarditatem ut tuam exequatur uoluntatem. Cede paulisper fidei, nam cedendo fidei, uenies ad cognitionem tante rei. In studiis quoque artium liberalium cedunt auctoritati qui ad studium accedunt nec permittitur eis ut statim contendant, opponant et obtendant, donec circa rerum ipsarum notitiam aliquantisper affecti querere ac respondere melius sciant et possint. Deus, inquam, est quo nichil melius est. Hoc et tu ipse contestaris. Necesse ergo est ut quod Deus facit tale sit ut in genere suo melius esse non possit. Fecit ergo hominem qui peccare et non peccare posset. Maioris enim prestantie est posse peccare et non peccare et liberum habendo arbitrium se ad utrumlibet habere quam solummodo alterum posse. Denique prestantioris essentie est posse uti et non uti ratione. Alterum habet se ad utrumque, alterum se habet solummodo ad alterum. Quia uti uero ratione melius est quam non uti ratione, et homo qui poterat uti et non uti ratione, quod peius esse sciebat facit, quod melius esse sciebat non fecit, iuste a Deo poenam meruit. Quod enim dixisti, miserandam esse conditionem hominis, qui non peccare non potuit, non ideo est miseranda, quia non peccare potuit et peccare uoluit atque uoluntario rationis abusu peccauit. Deus autem, quo nichil melius est, si peccatum punire nollet aut

1 annullo *cod.* 6 seruanda *cod.* 12 conditis *cod.* 20 sapientis *cod.* 27 Neccesse *cod.* 37 nolet *cod.*

2 Ps. LXXVI 11. 8-9 Matt. V 17, 18.

non posset, ⟨non⟩ melior eo esset qui peccatum punire uellet et posset. Iustum enim est ut debita ultione puniatur quod iniustum est. Audi de miseranda conditione hominis, sicut dicis, ut omnino remoueatur a culpa bonus Creator hominis. Creauit hominem qualem bonus Creator hominis. Creauit hominem qualem bonus Creator debuit creare hominem, potentem uti ratione, liberum ab omni prorsus infestatione. Non moreretur nisi mori uoluntate sua promereretur. Mori posset si peccaret: sed non moreretur si non peccaret: nec peccaret, si peccare non uellet. Nichil illi non subiectum erat in mundo, nichil ullo modo illi repugnans erat in corpore suo. Hec non erat miseranda sed beata hominis conditio. Istam sibi seruare noluit. Creatori suo subditus esse noluit, non quia non potuit, sed quia non uoluit. Nichil aliud est quod pretendere possit, quia non ceca persuasio nec ulla uis illum impulit, sed se ipsum ipse uolens depulit. Que bona sibi erant seruare noluit, que noxia sibi futura esse sciebat habere uoluit et habuit. *Iustus* igitur circa hominem fuit Deus *in omnibus uiis suis*. Que uero non peccauerunt qui iustum ab iniusto discernere ⟨non⟩ potuerunt, iuste Deus perdidit propter peccatum hominis, ne eis abuteretur homo ad iniuriam Conditoris, quia Deus ea condiderat ut eis homo uteretur ad conditionis sue subsidium et Conditoris obsequium. Quod scriptum est in Psalmo: *Hec est mutatio dextere Excelsi*, non est mirum si absurdum uideretur tibi de Deo esse dictum, ut sanctionis sue mutet consilium cum sit Dei immutabile consilium. Sed non eo modo fit *mutatio dextere Excelsi*, ut aliqua mutatio uel alteratio sit circa ipsam dexteram Excelsi, sed circa aliud uidetur esse mutatio ipsa dextere Excelsi. Sumamus exemplum. Vide inde medicum, inde quem curat egrotum. Sepe iudicatur medicus aput egrotum. Lenis habetur dum palpat, lenit, unguenta ponit, crudelis appellatur dum ligat egrotum, secat et urit; et tamen eadem tranquillitate animi qua lenit, palpat et unguit, ligat, secat, et urit. Sic Deus ipse aput nos iratus esse uidetur dum peccata nostra punit et ulciscitur, pacatus esse uidetur dum parcit et miseretur aput se idem omnino existens et incommutabilis. Hanc scripturam que aput Latinos Latine ita interpretatur: *Hec est imbecillitas mea*, imbecillitatem suam dicens esse causam immutationis penes se dextere Excelsi.

Gentilis. Que hactenus dixisti concedimus esse omnino assentientia ueritati. Nam unum Deum esse et nos credimus quia plures Deos non esse nec posse esse indubitanter scimus. Ipse est Conditor uniuerse conditionis. Ipse est a quo leges atque iura et universa que seruari debent instituta. Iustus et misericors est: quia iustus est, punit quod puniendum est: quia misericors est, miseretur eius cui miserendum. Quod autem aput nos Deus quasi iniuste agens diiudicatur, ditans

3 bonis *cod.* 9 Ista *cod.* 15 poteerant *cod.* 24, 26 ligat: legat *cod.* 25 anni *cod.* 27 nostra: vestra *cod.* pacatus: peccatus *cod.* 30 dextetere *cod.* 31 actenus *cod.* assentens uitati *cod.*

13-14 Ps. XLIV 17. 18 Ps. LXXVI 10.

eum quem iudicamus iniustum, puniens eum quem iudicamus iustum, quid mirum si non uidet homo quare ita Deus facit, cuius super omnia eminens intellectus existit, ubique uerum intuens et a uero nunquam se auertens, cum etiam in iudicio sensuali et quodammodo bestiali homo sepe fallitur et aliter iudicat quam se ⟨habet⟩ rei ueritas. Sepe quod est non esse et quod non est esse contendit. Nos fallimur, ipse in nullo fallitur et, quia in nullo fallitur, peccauimus in eum dum dicimus quia fallitur. Nec illud nec multum mouet quod scriptum est: *Hec est mutatio dextere Excelsi*. Nam sicut dicis, et enucleatius dicere non est opus, non fit eo modo *mutatio dextere Excelsi* ut aliqua ullo modo fiat alteratio circa ipsam dexteram Excelsi, sed circa eos ad quos dexteram illam Deus extendere uidetur hec fit immutatio dextere Exeelsi. Mansueta atque lenis estimatur manus medici dum egrotum palpat et unguit; eadem tamen manus medici qui palpat et unguit, non mutata ad iram, secat et urit. Ita circa nos et circa Deum esse credimus, et hoc modo iudicamus fieri mutationem dextere eius. Hec, inquam, sano intellectu accipere possumus, uel ita uel alio modo quam diximus, eo tamen ut nec rationi contrarium nec diuine eminentie fiat indignum. Sed illud omnino sensui nostrorum ⟨et⟩ rationi absurdum esse uidetur, quod Deus qui dedit et confirmauit legem Moysi dedit et confirmauit euangelium Christi. Nam illa que in lege Moysi seruari mandauit sine ullo de termino temporis seruari mandauit. Sicut dixi superius, nos Gentiles litteras et leges uestras habemus, legimus et audimus. Ipse Christus uester obseruationes illas seruauit et per omnia seruari instituit. Circumcisus fuit, sabbatizauit, porcina non manducauit, pascha celebrauit. Vos uero Christiani hec iam ⟨non⟩ seruanda esse contenditis. Quando Iudei legem suam Dei auctoritate defendunt, qui ea seruari et per omnia seruari mandauit, nec ad tempus sed sine ullo de termino temporis, respondetis quia legem per omnia seruatis, sed partem ad litteram, partem ad figuram seruatis, et ipsum Christum huius immutate obseruationis mandatorum Dei auctorem esse predicatis. Quod nemo sane mentis audet credere, quia ipse Christus dixit, sicut in euangelio uestro legitis: *Non ueni legem soluere, sed adimplere*. Quis enim demens, que ratio esse concedendum hoc sineret, quod Christus ea que seruavit et sub quodam locutionis sue sacramento seruanda esse iurauit, uobis postea preciperet ut minime seruaretis, immo seruari omnino perniciosum esse predicaretis? Postquam dixit: *Nam ueni legem soluere sed adimplere*, addidit: *Amen dico uobis, iota unum aut unus apex non preteribit a lege donec omnia fiant*. Denique in ipso uestrarum litterarum canone multo de Deo absurde dicta recitatis et indigna eminentie Dei, uidelicet quod ipse Deus homo sit factus et omnes iniurias conditionis humane sit passus. Etiam de ipsa eterna Dei unitate plura non credenda predicatis, que in illa ueteri et a Deo data lege Moysi et aliis prophetis uestris nunquam ita esse scripta inuenitis. De

19 temporis de termino *cod.* 24 deo *cod.* 26 seruatis: suauitas *cod.* 28 uestre *cod.*

29 Matt. V 17. 31 sc. *Amen dico uobis:* v. infra 33-4 Matt. V 18.

ipsa simplici et ineffabili unitate Dei trinam diuersitatem predicatis, nescio quem Deum Patrem et genitum ab eo eiusdem substantie Filium et tertium nescio quem ab ipso Patre et Filio procedentem Spiritum, quem item dicitis Deum et Deo Patri ⟨ac⟩ Deo Filio coeternum et consubstantialem Deum: et quia tres Deos dicere nefarium esse scitis, quando dicitis de illa trinitate: *Deus est Pater, Deus Filius, Deus Spiritus Sanctus*, quasi corrigendo errorem subditis: *Et tamen non tres Dii sunt, sed unus est Deus*. Que, inquam, necessitas est ad salutem anime has disputationum cauillationes inferre et simplicis ingenii homines hac occasione in errorem impellere? Nam sicut dicitis: *Qui ista non crediderit, saluus esse non poterit*: cum in lege scriptum est: *Audi, Israel, Dominus Deus tuus Deus unus est*. Rogo, ad ista responde, ut ad cetera fidei uestre sacramenta expeditius possim accedere. Nam ista multum impediunt me.

CHRISTIANUS. Quod queris a me, nos ipsi sepenumero querimus aput nos. Nec paucis potest ista disceptatio uerbis fieri. Respondebimus tamen duce ratione quod satis tibi erit, prout Deus nobis dederit. Verum est quod Deus dedit legem Moysi ut Moyses eam daret populo Dei. Omnis quidem populus populus Dei est, quia omnis populus a Deo est: nam omne quod est a Deo est; sed propterea populus ille populus Dei appellatur, quia Deum colebat, Deo seruiebat, quod alii per mundum non faciebant. Quare uero illum populum sibi Deus assumpsit, illum uel illum alterum sibi non assumpsit? Extrema huius questionis solutio est ista. De massa luti facit figulus hoc uel illud uas quale uult, hoc ad gloriam, aliud ad contumeliam. De massa perditionis cui uult Deus miseretur, qui nulli, si uellet, misereretur. Cui non uult parcere non parcit, sed dampnat qui omnes, si uellet, iustitia dictante dampnaret. Tamen cui miseretur, iuste miseretur, et cui non miseretur iuste non miseretur, sed occulta nobis existunt iudicia Dei. Rationalem, inquam, creauit Deus hominem, sed quia homo ratione abutebatur, dedit Deus legem et scripsit, et per manum Moysi dedit eam populo suo, quem dixit, ut positus homo sub iugo legis faceret uel coactus terrore supplicii quod facere debuerat libera uoluntate boni animi. Vos ipsi ciuiles habetis institutiones et scriptos de conseruanda republica libros, in quibus bonis premia, prauis cruces et alia sunt constituta supplicia, ut qui bonus ciuis esse nollet, prauus ciuis esse timeret. In illa lege Dei, quia a Deo data fuit, quandam dilectionem Dei et fidei ueritatem aperte commendant et instruunt, quedam iura et, ut ita dicam, ciuilia insinuant et seruanda esse commendant. Quedam aperte dicta, quedam quodam et grandi uelamine sunt operta, ne gens contumax ea seruare contemneret que misteriorum adumbratione constituenda erant, sed diligentius quare hoc ita precipiebatur quereret et studiosius obseruaret. Que enim leui locutionis modo precipiuntur pro paruo estimanda esse uidentur; que uero graui austeritate im-

9 implere *cod.* 19 mundo *cod.* 19 fiebant *cod.* 21 masasa *cod.* 23 non miseretur *cod.*

5-7, 9 Symbol. Athanasianum. 10 Deut. VI 4. 21 cf. Rom. IX 21.

ponuntur maiori metu et cura seruantur, nec tam cito obliuioni et incurie traduntur. *Populus ille dure cervicis* et praui cordis fuit, et ideo graue iugum legis imponere eis necesse fuit. *Non fuit creditus cum Deo spiritus eius*, et irritatus ab eis Deus sepe omnino auersus est ab eis. Nec illa lex fuit data uniuersis per mundum populis, sed uni tantum genti que erat semen Abrahe quia fuit ⟨de⟩ semine Abrahe. Omnia ergo que in lege illa seruabantur et nunc seruantur atque ⟨in⟩ perpetuum digne seruabuntur; que aperte dicta erant, aperte et sine ullo figure tegmine manent obseruanda: que occultis tegminibus erant operte, sublatis uelaminibus remanent manifesta et tunc et nunc plenissime obseruantur, sed tunc in enigmate, nunc in specie. Nam ubi rerum sub enigmate existentium ueritas uenit, superuacue iam seruaretur figura uenture ueritatis prenuntia. Sub talibus rerum figuris tunc denuntianda atque obseruanda erant, ne gens lapidei cordis et incredula uilia estimaret tanta salutis humane misteria. Unum de pluribus uideamus exemplum. Quando eis loquebatur Moyses, ponebat uelamen ante faciem suam, ne populus uideret faciem Moysi, et populo uidebatur quia cornuta erat facies Moysi. Velamen ponebat quia non intelligebat populus quod dicebatur. Cornuta eis videbatur facies Moysi quia terribilia erant mandata Moysi. Nunc uero, quando legitur Moyses aput nos, uelamen nullum ponitur, quia aperte intelligimus que dicuntur. In lege illa precepit que dicuntur. In lege illa precepit Deus populo illi ne manducaret porcina. Porcus est animal non minus salubre ad uescendum quam hyrcus, aries uel taurus, sed, quia significat peccatum quod pre omnibus peccatis perniciosum est, prohibetur in lege ne aliquis eorum comedat pecus illud per quod significatur omnino uitandum peccatum istud. Peccare enim non est aliud quam Dei mandatum transgredi et contemnere. Qui peccat, uerum ad memoriam mandata Dei reducit, quod est quodammodo ruminare, et ad Deum per penitentiam redit, promeretur misericordiam Dei. Sed qui peccat et hoc ipsum quia peccat contemnit, oblitus omnino mandatorum Dei, et in uolutabro peccati amat se uolutari, ad mortem peccat, quia in peccato manere mors est anime. Hoc peccatum significatur per porcum qui non ruminat, quia luteas sordes amat et in sordibus tanquam in balneis suis se uolutat. Audi adhuc. Tu ipse fecisti mentionem pasche. Agnum ergo illum paschalem qui comedebant, non mane, non per diem, sed quarta decima luna primi mensis ad uesperum comedebant, nec sedentes sed stantes comedebant et qui aliquem repercussuri baculos in manibus tenebant et tanquam mox perituri festinantes comedebant. Qui ita non comedebant, de

2 duri *cod.* 10 in: et *cod.* 22 comedat: commendat. *cod.* 32 commedebant *cod.* 34 comedebat *cod.*

2 Deut. IX 13. 3 Ps. LXXVII 8. 9 cf. I Cor. XIII 8. 12 cf. Ezech. XI 19. 14-16 cf. Exod. XXXIV 29 seqq. 16 cf. II Cor. III 13 seqq. 19 cf. Lev. XI 7: II Macc. VII 18 19-23 cf. *Disp. Iudaei cum Christiano*, PL 159 col. 1012-3. 31 cf. Exod. XII 6, 11. 34 cf. Exod. XII 15, 19.

populo suo periturus erat. Quis alicuius mentis ista contemnere presumeret? Quis alicuius intelligentie de talibus non miratur et non inuestigat quare agnus ille hoc modo manducatur et qui ita non manducat quare dampnatur? Ita de pluribus aliis intelligitur hoc ipsum, quia legis et prophetarum enigmata spiritu-
5 aliter implerentur, quia cessaret umbra, ubi plenitudine temporis a Deo preordinata ueniente ueritatis adesset presentia. In lege et in prophetis habemus denuntiatum in pluribus locis. Audi super hoc Scripturarum testimonia, non quidem ut adquiescas, donec Dei te subigat uoluntas, sed ut audias, sicut dicimus in lege et prophetis testimonia ista esse scripta. Quadringentis annis antequam
10 ipsa lex Moysi data est credidit Abraham Deo et in Deum, et reputatum est ei ad iustitiam, hoc est, fide iustificatus est. Ut enim breuiter dicam, homo non iustificatur ex lege, sed ex fide, sicut Abraham iste et multi alii ante eum iustificati sunt ex fide. Ad duritiam enim cordis eorum comprimendam datus est eis magna austeritatis pedagogus lex illa Moysi de qua loquimur. Redeamus ad incepta. Ad
15 hunc itaque Abraham dixit Deus, loquens de circumcisione, que in lege prima et maxima erat observatio: *Hoc est pactum quod obseruabis inter me et te et semen tuum post te. Circumcidetur ex nobis omne masculum.* Soli illi genti hoc precipiebatur, que pars millesima populorum uix habebatur. Ipsa quoque erat euacuanda. Unde post Abraham Iacob patriarcha ait: *Non deficiet princeps et dux de Iuda donec ueniat*
20 *qui mittendus est, et ipse erit expectatio gentium.* Denuntiat esse mittendum in cuius aduentu cessaret regnum illud et sacerdotium. Expectature eum erant gentes quia in ipso, sicut ⟨ad⟩ Abraham ipse noster predixerat, benedicende erant et benedicte sunt omnes gentes. Inde Dauid, magnus quidam uir et propheta, sic prophetauit: *Reminiscentur et conuertentur ad Dominum uniuersi fines terre.* Non
25 exclusit semen Abrahe ubi addidit: *omnes fines terre:* quod clarius exposuit subdendo: *Adorabunt eum uniuerse familie gentium.* Nam ex ipsis Iudeis reliquie salue fient.

GENTILIS. Rogo ne ultra procedas, donec ad quesita respondeas. Quod quero si enodaueris, facile ultra ire poteris. In Veteri quod dicitis Testamento nulla
30 est dissonantia Scripturarum, sed ubique idem sonant lex et prophete. Sic⟨ut⟩ dixi superius, habemus litteras uestras et eas sepe legimus. Nouum quod appellatis Testamentum (quia ut dicitis, *uetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua*) et ab illo ueteri sacro et diuino testamento multum discordat, et ab inuicem discordant libri uestri et librorum expositores et magistri uestri in multis locis, tam in
35 hystoriis quam in tractatibus uestre fidei, et maxime de simplici et eterna unitate Dei. Aliquando unum, aliquando trinum esse predicatis, quia tres Deos esse ali-

6 improphetis *cod.* 7 impluribus *cod.* 23 prophetas *cod.* 25 addedit *cod.* 29 quod dicitis vetus testamentum *cod.*

9 cf. Rom. IV; Gal. III 17. 13 cf. Matt. XIX 8. 13 Gal. III 17. 16-17 Gen. XVII 10. 19-20 Gen. XLIX 10. 22 Gen. XII 3; cf. XXII 18. 24 Ps. XXI 18. 32 II Cor. V 17.

quando dicitis, quamuis plures Deos esse nullo modo conceditis. Sed hac interim omissa questione de uestra fide et de confusa librorum uestrorum uarietate, legis sacre mandata que scripta sunt quare non seruatis ad litteram? Quis Deus ea prohibuit seruare ad litteram? Christus uester, quem Deum uestrum dicitis, ea seruauit ad litteram, nec usquam ab eius obseruatione exclusit litteram. Nullus
5 uestrum audet dedicere: 'Hoc in loco uel illo iussit Deus ut litteram legis non seruaretis'; quia nusquam inuenietis. Seruate ergo mandatum Dei uestri ad litteram; seruate et ad spiritualem intelligentiam. Neutrum enim impediuit alterum. Numquid uos ampliorem quam Christus circa illa mandata latentium mysteriorum habetis intelligentiam? Eam seruauit ad litteram. Quia ergo *non est seruus maior*
10 *domino suo*, ad iniuriam Dei uestri hanc presumitis dogmatizare ⟨in⟩ obseruantiam. Ista quidem legis et litterarum uestrarum altercans confusio plus pertinet ad uos, qui utrumque Dei uestri recipitis testamentum, quam ad nos, qui nec istud nec illud recipimus testamentum. Hoc unum indubitanter scio, quia, si qua est apud nos Dei nostri sanctio, ad libitum meum eam interpretari nefas esse non nescio. Si
15 ergo Christianus fierem, numquid sanctiones Christi ad libitum meum fas michi esset interpretari? Nec uos istud michi concedis nec ego alii. Magna in Deum iniuria prout uolumus interpretari et seruare eius mandata, cum manifeste littera monstrat que sit iussionis eius euidentia. Nec mirum si hanc in Deum irrogatis iniuriam qui eum predicatis, carnem factum, humanas subisse omnes contumelias.
20 De ciuitate in ciuitatem ⟨eum⟩ dicitis fugisse, famem et sitim pertulisse, pretio uili uenditum a suis et captum a Iudeis fuisse, uerberatum, spinis coronatum, cum latronibus in cruce suspensum, clauis affixum, a deridentibus modis multis derisum, tandem sic occisum. Non dico Dei, sed que hominis hec potentia? Quem dicitis omnipotentem, ostenditis omnino impotentem. Tacenda potius
25 esset hec passionis hystoria quam alicui sane mentis homini insinuanda, nedum per orbem uniuersum predicanda. De eo hec insinuare et predicare potius est famam eius derogare quam gloriam nominis eius dilatare.

CHRISTIANUS. Multa uoluntas mea erat inde loqui, etiam si patientia tua sustinuisset me inde non loqui. Respondebo, sed ordinem non seruabo, quia de
30 simplici et eterna unitate Dei tutius loqui solemus inter domesticos fidei. Fies

9 mysterium *cod.* 31 fides *cod.*

10-11 Joh. XIII 16. 19-24 cf. *Disp. Iudaei cum Christiano* (PL 159 col. 1018): Ad haec si Deus est quo nihil maius sive sufficientius cogitari potest, qua necessitate coactus humanae calamitatis particeps et tantorum factus est consors et patiens malorum?; ANSELM. *Cur Deus homo* I 3 (PL 158 col. 364): Obiciunt nobis deridentes simplicitatem nostram infideles, quia Deo facimus iniuriam et contumeliam, cum eum asserimus in uterum mulieris descendisse, natum esse de femina, lacte et alimentis humanis nutritum crevisse, et, ut multa alia taceam, quae Deo non videntur convenire, lassitudinem, famem, sitim, verbera et inter latrones crucem mortemque sustinuisse. 31 cf. *Disp. Iudaei um Christiano* (PL 159 col. 1026): Sed quoniam inter fideles solos de unitate Deitatis ac personarum trinitatis in Deitatis unitate sermo habendus est . . . procedamus ad reliqua de Christo scripturarum testimonia.

aliquando et tu ipse de domo fidei et familiarius intrabis in secretiora domus Dei. Nouum, inquam, Testamentum a Veteri non discordat, quia hoc nunquam iubet fieri quod illud iubet non fieri. Aliud enim de una et eadem re loqui diuersa consideratione et aliud est de eadem re eadem consideratione contraria sentire. Unum enim horum fieri potest, alterum non potest. Hoc in multis sacre illius legis sanctionibus necessario sepe fit quod de eadem re agitur diuersis consideratio nibus. Dicit Moyses in Genesi (liber est quem ipse Moyses appellat Genesim): *Vidit Deus*, inquit, *cuncta que fecerat, et erant ualde bona* et humanis usibus a Deo attributa. Manducauit ergo Abraham, de quo superius locuti sumus, quia credidit Deo et reputatum est ei ad iustitiam, quod ei bonum est ad uescendum manducauerunt et alii iusti uiri qui fuerunt ante eum que eis bona erant ad uescendum. Ratio eis erat lex et institutio uite. Circumcisi non erant; que eis bona erant ad uescendum, auctore Deo creatore, comedebant: sabbatum non seruabant, pascha non faciebant, et tamen fide iusti erant credendo in Deum et spirituali obseruatione obseruando quod significatur per exteriorem carnis circumcisionem et per legalem sabbati obseruationem et per pasche figuratam comestionem. Post quadringentos uero annos ab ipso Abraham, quia gens ipsa semen Abraham et omnes gentes ad malum declinauerant et ipsa hominis ratione abusi iumentis insipientibus similes facti erant, ut aliquo metu coercerentur a malo legem dedit Deus populo illi et populum suum populum illum appellauit. Quedam aperte commendauit, quedam magnis quibusdam uelaminibus operuit, ne patefacta ueritas illis in contemptu esset, et ad declinandum pronior illa inde fieret, donec a Deo preordinata plenitudo temporis ueniret et non solum gens illa sed omnes populi ad Creatorem suum redirent, in eum crederent, sublatis uelaminibus legis et prophetarum fidei ueritatem susciperent, quia non ex lege sed ex fide salus est gentibus. Pedagogus erat lex illa horrendam exercens uindictam nullam ulli impedens misericordiam. Tandem uenit tempus misericordie; uenit, sicut audisti superius, expectatio gentium, in cuius aduentu cessauit regnum illud et sacerdotium. Venit ille propheta de quo in lege Moyses sic predixerat: *Prophetam uobis suscitabit Dominus de fratribus uestris tanquam me; ipsum audite.* Quia est homo, suscipe tanquam me; quia est ⟨Deus⟩, plus quam ⟨me⟩ ipsum audite. Venit semen illud Abrahe, de quo dixerat Dominus ⟨ad⟩ Abraham: In semine tuo benedicentur omnes gentes terre. Semen illud Christus est quem, sicut dicitis, Deum nostrum esse dicimus, et Dominum nostrum esse credimus, et Deum uniuerse rerum conditionis esse predicamus. Ad eum conuertuntur uniuersi fines terre, adorabunt eum uniuerse familie gentium, quia neque circumcisio neque preputium, sed fides que per dilectionem operatur, iustificat hominem. Fide

1 fidei: dei *cod.* 8 inquid *cod.* 14 faciabant *cod.* 26 orrendam *cod.*

8 Gen. I 31. 10 cf. Gal. VI 10. 10 cf. Gen. III 6. 19 Ps. XLVIII 21.
23 cf. Gal. IV 4. 30-1 Deut. XVIII 15; Act. App. III 22. 36-7 cf. Gal. V 6.

iustificati sunt qui ante legem fuerunt, fide iustificati sunt qui sub lege fuerunt, fide iustificantur qui post legem iustificantur; quia non ex operibus sed ex fide iusti omnes iustificantur. Et quia *nil ad perfectum adduxit lex*, sed propter duritiam cordis eorum impositum est legis graue et importabile iugum, ubi subintrauit ad fidem Dei plenitudo gentium, ne scandalum et dissensio fieret inter Gentilem et Iudeum de obseruatione ceremoniarum, maxime quia potior pars fidelium erat ex gentibus, cessauit legis obseruatio ad litteram, quia uenerat et impleta erat spiritualis cerimoniarum intelligentia, que diu demonstrata erat per littere allegoriam. Hoc modo legis sanctio plenissime a Christianis obseruatur omni modo. Nouum Testamentum a Veteri non discordat, sed ubique si competenter intelligentur, concordat, nec in Nouo Testamento ulla sibi contrarietas occurrit, nec ipsi expositores nostri in his que ad fidei pertinent ueritatem dissentiunt a se ipsis, sicut patebit si cum pace audire uolueris. A⟨d⟩ hec. Mul⟨tis⟩ exigentibus causis et rationibus lex ad litteram seruanda non erat. Si enim ex necessitate unum ueteris legis mandatum imponeretur, euacuaretur fides, que ad salutem omnino necessaria est, quia sine fide nulli homini salus est. Denique per totum orbem terrarum inter fideles dissensio et scandalum gigneretur, pax et unitas tolleretur, et quod nullo modo adimpleri posset omni modo ad perniciem animarum inchoaretur. Itaque sicut unus est Deus et una fides, ita ab uniuersis unum seruatur fidei sacramentum, scilicet baptisma, per quod abluitur originale peccatum. Sicut eni⟨m⟩ caro exterius abluitur, ita interius anima in Deum credendo mundatur, quod in lege per circumcisionem significabatur. Hanc humani generis salutem procurauit aduentus Christi, ab exordio mundi prenuntiatus, per tot tempora expectatus, tandem in fine temporum consummatus. Hoc sacramentum significabat ille paschalis agnus qui ad uesperum immolabatur.

GENTILIS. Satis sufficienter michi ad multa respondisti. Nouum et Vetus Testamentum a se non dissentire sed per omnia unum sentire elaborate satis et aperte ostendisti. Extremus labor restat, ut pro Deo respondeas. Vel tu contumeliosus in Deum existis qui Deum hominem factum esse dicis et humane conditionis calamitates uniuersas eum pertulisse fateris et predicas, uel ipse Deus, sicut dicis, secum dissidens iniuriosus sibi omnino fit, qui, cum sit Deus, miser et miserabilis homo fieri uoluit, nec ullas indignitates pati renuit. Istud qui concesserit, omnia que dicuntur de eminentia Dei prorsus evacuabit. Eternus non est qui sub tempore factus est; immortalis non est qui tante impotentie obnoxius est. Deridetis poetam qui, capto et succenso Ilio, scribit Eneam tulisse sacros Penates ab incendio qui postea regnauerunt et imperialem urbem Romam postea condiderunt.

CHRISTIANUS. Audi, rogo, et salutis tue causa audi me toleranti animo.

10 ubi *cod.* 12 uarietatem *cod.*

3 Heb. VII 19. 5 Rom. XI 25. 35 poetam, *sc.* Vergilium.

Dicimus Deum hominem esse factum, non quia desiit esse quod erat, conuersus in id quod non erat, desinens uidelicet esse Deus homo factus, sicut albus desinit esse albus niger factus; sed eo modo homo factus quo dicimus quod homo non habens arma sumendo arma fit armatus, quamuis non sumit arma in unitatem persone sed omnino aliena a communione sue substantie et persone. At Deus hominem sumpsit in unitatem persone, salua incommutabiliter proprietate utriusque nature. Multis enim modis rerum alterationes sepe fiunt et in subiecto et circa subiectum. In subiecto corpore erat albedo dum corpus erat album; pereunte albedine in eodem subiecto corpore accidens nigredo facit corpus nigrum quod fuerat album. Anima est leta dum animo inest letitia, fit tristis pereunte letitia dum eidem animo superueniendo inest tristitia. Circa sedentem fit dexter qui ad dexteram eius sedet et huic ille sinister; surgente eo et ad sinistram illius residente fit ille sinister sedenti, sedens illi dexter; circa sedentem uero nulla rei accidentis superuenit alteratio. Nudus quando fit indutus nulla in subiecto fit accidentis alicuius alteratio, sed circa subiectum fit alterationis huius considerati. Deus ergo factus est homo in unitatem persone assumendo humanitatem, nullam omnino deitati inferens substantie sue alterationem, quamuis assumpte humanitati propter unitatem persone diuinam omnino intulerit magnitudinem. Hominem illum Deum, inquam, hoc modo hominem factum dicimus esse Christum, mortalem quia homo est, immortalem quia Deus est. *Habitauit in nobis*, quia secundum assumptum humanitatis tegumentum potuit habitare in nobis. Hoc assumpsit pro nobis magna necessitate, non sua sed nostra, magna bonitate sua, non nostra. Perierat homo et iure perierat quia perire omni modo meruerat. Nulli enim nec amenti credendum esse uidetur quod Deus hominem fecerit talem qualem suo delicto seipsum fecit homo. Posuit enim Deus homini debitum conditionis ordinem ut homo esset sub Deo, quia erat conditus a Deo, Deus imperaret, homo pareret. Noluit homo ordinem istum seruare, quia quod ⟨Deus⟩ imperauit noluit obseruare. Noluit sub Deo esse, quia similis Deo uoluit esse; et, quoniam ordinem quem appetebat optinere non potuit, quem habebat seruare non uoluit; ad inferiorem iure detrusus fuit, comparatus iumentis insipientibus et similis factus illis, quia, cum in honore esset, non intellexit. Ab hoc infortunio et inextricabili malo, liberauit nos humanitas Christi, quia Christus in ea humanitate, quam

20 Habitauit: Habuit *cod.* 21 Hoc: Hec *cod.*

1-22 cf. *Disp. Iudaei cum Christiano* (PL 159 col. 1020-1): Homo igitur factus est, non id desinens esse quod erat, sed id assumens quod non erat . . . Neque enim omnia quae aliquo modo fiunt aliud quam erant, desinunt esse id quod erant. In accidentium enim quorundam alteratione, ut cum homo niger fit albus, seu albus niger, superveniente altero, perit omnino alterum. Et cum homo fit armatus, sive exarmatus, vel ex nudo indutus, seu ex induto nudus, nihil prorsus in se sic alteratus homo vel accipit, vel amittit. Suscepit ergo Deus hominem in unitatem personae, ingenita bonitate sua, non nostra, et multa necessitate, non sua, sed nostra, et ratione magna tibique approbanda. 20-1 Joh. I 14. 27-31 cf. *Sermo in Ramis Palmarum*, infra, p. 113, ll. 21-6, 37. 30 Ps. XLVIII 13.

suscepit pro nobis, mortem sustinuit pro nobis ut per assumpte mortalitatis nostre passionem expiaret originalem noxe conditionem. Expiari oportebat peccatum per quod merueramus mortis dispendium. Sed quis de massa corrupte conditionis hoc peccatum expiaret, cum de eadem massa nec infans unius diei a peccato illo immunis est? De eadem igitur massa sine peccato corruptela oportuit nasci qui expiaret noxam illius peccati. Natus ergo est Christus de virgine, sumens unitatem substantie nostre sine fermento originalis culpe nostre in unitatem persone, humanitatem nostram uniens diuinitati sue. Peccauit itaque homo et expiauit homo. Homo in Adam peccauit, homo in Christo peccatum illud expiauit, Deus creauit hominem, Deus in Christo et per Christum recreauit hominem. Totus ergo soli Deo est obnoxius homo, ut eum timeat, diligat, et in omnibus ei obtemperet, quia et creatus atque recreatus ab eo solo est.

GENTILIS. Facere sic potuit Deus, si facere sic uoluit. Sed cum uoluntas Dei totius existentie mundi sit primordialis causa, quia *omnia quecunque uoluit fecit*, et ut uoluit fecit, quo sapientie sue consilio, cuius *sapientie non est numerus*, tam ignominiosam restitutionis humane uoluit assumere formam? Satis miseranda extitit et inconsiderate acta hominis conditio; omnino extitit dolenda eius restitutio. Argumentari soletis quod humano generi profuit et gloria fuit ignominia Dei. Numquid sapientia Dei facere non potuit aut non uoluit ut homo gloriam adipisceret et Deus ignominiam non pateretur? Unum horum fuit, et quidlibet horum Deo imposueris, ⟨ini⟩uriosus in Deum et contumeliosus eris. Ad hec. Numquid sapientia Dei facere non potuit aut non uoluit ut homo non faceret quod Deus tam miserabiliter postea ipse expiaret? Nam si expiauit homo, expiauit Deus homo, sicut uos dicitis, in unitatem persone a Deo assumptus homo. Si noluit Deus ut peccaret homo, quare non uoluit ut non peccaret homo? *Uoluntati eius quis resistit?* Nullum enim consilium, nulla fortitudo contra Deum. Fortassis uoluit Deus ut homo fieret reus, quatinus propter humane uite tot infortunia Deus homo fieret, sicut dicitis, et homo Deus. Sed uos et nos reprehendimus eos qui dicunt: Faciamus mala ut ueniant bona; quamuis de duobus malis si utrumque uel alium uitari non potest, consulimus fieri malum quod leuius est. Sed quid ad nos de gloria uel ignominia Dei in quem creditis? Vos Christiani qui in eum et in Christum creditis de gloria uel ignominia Dei et Christi inter uos agere debetis. Hoc certissime scio, quia si rei uerita⟨s⟩ sic se habet sicut dicitis, omnino ineffabilis, quia omnino inestimabilis, est circa hominem gratia Creatoris. Que, inquam, gratia ut Creator creatura fieret, Deus hominem assumeret, quatinus in assumpto homine pateretur mortem pro redimendo homine? Denique si rei

28 in fortuna *cod.*

3-12 cf. *Disp. Iudaei cum Christiano*, PL 159 col. 1022-3 and *Sermo in Ramis Palmarum*, infra, pp. 114-5, ll. 65-88. 13-21 cf. *ante*, p. 67, ll. 19-24 and note. 14 Ps. CXXXV 6. 15 Ps. CXLVI 5. 26 Rom. IX 19. 29 Rom. III 8.

ueritas ita se habet, debet homo Deum diligere et toto corde, tota uirtute, et ad Deum se totum referre, quia nec etiam isto modo digne potest aliquid Deo retribuere. Si uermiculi paruitatem ad Olimpi montis quantitatem conferres, grande ridiculum universis te faceres. Que uero magnitudinis Dei ad hominis collatio? Immensa ergo circa hominem est Dei gratia. Si hominis restitutio taliter facta est a Deo, quicquid exhibere potest homo debet exhibere, et ultra quam potest exhibere, debet sine estimatione optare uelle et posse exhibere. Reuera si id facere sic Deus uoluit, credo indubitanter quia potuit nec minus indubitanter credo quia, si uoluit, iustum et rationabile fuit. Nec mirum de tanto negotio si sensus meus altitudinem consilii Deo capere non possit, cum et de minimis causis consilium hominis ad eius altitudinem consilii assurgere non possit. Si ergo a morte redeundi ad uitam nulla uia est homini alia quam ista, nil medium uideo; aut in eternum homo peribit, aut ista uia ad uitam redibit. De Deo igitur siue dicam tuo, siue dicamus ego et tu de nostro, quia unus Deus est et aput nos et aput uos, hoc michi certissimum existit, quia unus est et a nullo alio est quam a se ipso, nec cepit esse aliquando. Potest omnia que uult, et iustus est in omnibus que uult. Qua uero ratione in regno iustitie et omnipotentie illius a nobis mala peraguntur, eo permittente, mirum et mirabile uidetur. Si enim Deus mala uult, que eius iustitia? Si non uult, que eius omnipotentia? At quoquo modo disputet homo de Deo, facit Deus omnia que uult, quia non est fortitudo neque consilium contra Deum. De illa questione quam proposui de trinitate in deitatis unitate mecum, ut credo, minime uis disputare, quia nec ratione aliqua michi posse ostendere nec assensum aliqua disputationis arte ualeres extorquere.

Tunc assurexit et nescio quo abiturus animo summisso et uultu discessit. Ad hec fere tota circumstantium contio dixit necessarium esse ut uir ille catholicus magister de questione que erat proposita demonstraret quid catholice inde dicendum esset, ne Gentilis fatuitas insultando diceret quia simplicitas Christiana de fide que in Dominum est rationem reddere omnino ignoraret. Benigno ille animo respondit: Precepit Dominus ne daremus sanctum canibus et, quando de talibus fidei nostre sacramentis loquamur coram infidelibus, debemus cauere ne causa querende ueritatis non credentes mittamus in laqueos falsitatis. Si quis tamen nostrum sibi assumit personam animo mansueto interrogantis, non altercanti animo questionantis, respondebo inde quod fides credit et ratio salua fide inspicit.

2 nec nec *cod.* 13 *Post* redibit *habet* CHRISTIANUS *cod.* 18 permittente: mittuntur *cod.*
25 circumsistentium *cod.*

3-4 cf. ANSELMUS, *De Incarn. Verbi* c. 1 (PL 158 col. 262): Si enim me viderent homines alii onustum parillis et funibus et aliis rebus quibus nutantia ligari et stabiliri solent, elaborare circa montem Olympum ad confirmandum eum . . . mirum si se a risu et derisu contineant. 20-1 cf. Prov. XXI 30.
29 Matt. VII 6

Mox nescio quis sedens circa illum intulit: Assumo personam discere uolentis discipuli et tu personam sume docentis magistri nec inuidentis.

DISCIPULUS. Quero utrum ad salutem anime sit omnino necessarium credere in deitatis unitate personarum trinitatem. Neque enim omnes qui salui fiunt hoc uerbum capiunt, nec etiam quid sit in Deum credere sciunt, et tamen salui fiunt. In lege ubi scriptum est quia per Moysen dixit Deus: *Audi, Israel, Dominus Deus tuus Deus unus est*, non est appositum 'trinus et unus': et ideo quia ut adderetur non fuit necessarium. Item: Ubi Scriptura refert quia *credidit Abraham Deo et reputatum est ad iustitiam*, minime subintulit 'uni et trino', ac proinde querimus qua consideratione subintelligere debemus. In principio libri Geneseos ita legitur: *Creauit Deus celum et terram*. Nulla ibi fit de trinitate mentio. Quando autem creauit Deus hominem, illud quod plurali numero dixit: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram*, propter trinitatis considerationem credimus esse dictum: sed hoc exemplo ad credendum trinitatem nec Iudeus nec Gentilis credendum cogi potest ullo argumentationis modo. Si enim uerbum hoc *Faciamus* et pronomen istud *nostrum* minime diceretur nisi tantum de tribus, cogi possemus hoc exemplo quia propter aliquam trinitatem dictum esset *Faciamus*. Nulla ergo ratione magis queri potest propter cuius trinitatis quam propter cuius dualitatis uel alterius alicuius maioris numeri considerationem Deus dixit *Faciamus*. Certe nec alio isto exemplo: *Benedicat nos Deus Deus noster, benedicat nos Deus*, cogi potest Gentilis ⟨uel⟩ Iudeus. Nam, sicut in pluribus Psalmorum uersiculis Deus bis appellatur, ut in illo Psalmo: *Deus, Deus meus, ad te lucem uigilo*, ita et in isto uersu Deus bis inuocatur. Quod uero additit: *Benedicat nos Deus*, orationem iterauit. Itaque in Veteri Testamento nunquam habemus exemplum quo ad credendum trinitatem cogere possimus Gentilem uel Iudeum. Nam nec illud cogit nos quod habetur in Ysaia: *Et clamabant seraphin, Sanctus, sanctus, sanctus, Deus Dominus Sabaoth*. Ternario quippe numero etiam poete usi sunt aliquando, ut Virgilius: *Terque hec altaria circum Effigiem duco; numero Deus impare gaudet*.

CHRISTIANUS. Beatus Paulus apostolus de incomprehensibili excellentia Dei loquens ait: *In quem desiderant angeli semper prospicere*. Dicendo quia desiderant in Deum angeli semper prospicere, patenter ostendit quia diuinam eminentiam nequeunt omnino comprehendere. Quid ergo dicendum ⟨est⟩ de humani sensu⟨s⟩ conamine? *Accedet homo ad cor altum et exaltabitur Dominus*. Et quanto accedit,

3 DISCIPULUS: GENTILIS *cod.* 9 qua: quia *cod.* 21 impluribus *cod.* 22 ita: ista *cod.*
24 quo: quod *cod.* 27 Saboht *cod.* 28 cicum *cod.*

6-8 cf. *Disp. Iudaei cum Christiano* (PL 159 col. 1011): Judaeus: . . . In Christum neque credo neque credam, quia non credo nisi in Deum et in unum. 'Audi', inquit, 'Israel, Deus tuus, Deus unus est' — unus, non triplex, sicut vos Christiani negando dicitis et dicendo negatis. 8-9 Gen. XV 6.
11 Gen. I 1. 12-13 Gen. I 26. 20 Ps. LXVI 8. 22 Ps. LXII 2. 26-7 Is. VI 3.
28 Ecl. VIII 74-75. 30 I Petr. I 12. 33 Ps. LXIII 7, 8.

Quia ergo penes illum arrogantem phariseum multa indignatio adversu[illegible] peccatricem illam prius existit, concedamus ut et aliis; ubi tamen facta est circa eam tanta DEXTERE EXCELSI IMMUTATIO et morum illius secuta est tanta commutatio, quis astruere conabitur aliorum et ipsius etiam Symonis penes illam non esse commutatam estimationem post auditam de ea Domini tantam testificationem[illegible] "PROPTER QUOD DICO TIBI", inquit, "DIMISSA SUNT EI PECCATA MULTA, QUONIAM[illegible] DILEXIT MULTUM." Scriptum etiam est, EX USURIS ET INIQUITATE REDIMET ANIMAS EORUM, ET HONORABILE NOMEN EORUM CORAM IPSO. Prius inquam execrabile[illegible] postea honorabile. Ut enim improbitatem odium et infamia, sic probitatem gratia consequi solet et gloria. Quid tandem in fine ait Dominus ad illam que peccatrix venerat? "FIDES TUA TE SALVAM FECIT: VADE IN PACE." Exosa venit; in pace

67 illud: i.e. the account in John XII 1. Gilbert here deals with the objection that the incident of the "sinner" recounted in Luke VII 36 is not the same as the incident at Bethany in John XII 1.
74 Luc. III 3-22. 76 Matt. VIII 2. 88 Luc. VII 37. 89-90 Joh. XI 5. 94 Ps. LXXVI 11. 97 Luc. VII 47. 98 Ps. LXXI 14. 102 Luc. VII 50.

discessit. Si in pace, nil inconveniens dictu quod diligebat eam Iesus. Illam honoris exhibitionem et officii impensam sedulitatem non legimus, sed potius miserationis compassionem indultam animadvertimus. Multi, inquit, ex Iudeis venerant ad Martham et sororem eius Mariam ut consolarentur eas de fratre suo. Hic non sedulum aut frequens describitur obsequium, sed ad tempus et pro fratris desolatione consolationis beneficium. Quod autem obiciunt, *nec enim poterat meretrix statim capitis Domini digna fieri,* per ipsum per quem accessum habemus in gratiam istam in qua stamus obsecramus ut considerent quid obiciant et peccatoribus gratie et miserationis divine confidentiam non adimant. Ardentissima erat eius devotio, et scriptum legimus quia FORTIS EST UT MORS DILECTIO. Denique si ad id pensare dignitatem iusticie hominum quis voluerit, UNIVERSE hominum IUSTICIE QUASI PANNUS MENSTRUATE in conspectu Domini.

Item. *Mariam sororem Lazari usquequaque Dominum secutam esse nusquam evangeliste dicunt; immo Iohannes quando Martham sororem illius ad Dominum venisse refert, Mariam domi sedere non tacet. Lucas vero ubi narrat Dominum ab illis sororibus hospitio susceptum,* MARTHA, *inquit,* SATAGEBAT CIRCA FREQUENS MINISTERIUM; MARIA AUTEM SEDENS SECUS PEDES DOMINI AUDIEBAT VERBUM ILLIUS. *Atqui ipse Lucas scribit Mariam Magdalene Dominum usquequaque sequi et de suo illi ministrare.*

In nullo ista sibi repugnare videmus. Quanto enim avidior Maria erat audire verbum illius, tanto rationabilius esse videtur eam omnimodis instare ut nusquam vacare ab auditione verbi illius, usquequaque illum sequendo et semper sive domi sive extra illi adherendo. Ministrare etenim hic accipimus de suo ei ad ministerii supplementum aliqua sumministrare. Nam Iudas loculos habens ea que mittebantur portabat, que necessaria erant procurabat, que egenis danda erant distribuebat. Denique fieri non irreligiose potuit, ut cum frater eius Lazarus infirmaretur, soror et familiares eius propter eam miserint ad exhibendum fratri morienti obsequium et desolande sorori solatium, sicut postea miserunt propter ipsum Dominum ut veniret, illucque veniens eam domi sedentem Dominus inveniret.

Item. *Si peccatrix illa seu Maria Magdalene esset Maria soror Lazari, Lucas contrarius esset sibi ipsi. Cum enim narrasset de peccatrice illa, dixit continuo quod quedam mulieres inter quas erat Maria Magdalene Dominum usque ad Passionem secute sunt a Galilea. Si peccatrix,* inquiunt, *illa esset Maria Magdalene, vicinius designasset unam eandemque esse una eademque appellationis designatione. Nec id honoris causa factum est, quoniam multo gravius quiddam de illa dixit quam si eam appellasset nomine peccatricis:* MARIA, *inquit,* MAGDALENE DE QUA *eiecerat* SEPTEM DEMONIA. *Dein, quomodo stare posset ut in Bethania ante sex dies Pasche tunc primo ad Dominum peccatrix illa sive*

124 et ab *MS*.

105-6 Joh. XI 31, 45. 112 Cant. VIII 6. 114 Is. LXIV 6. 116 Joh. XI 20. 118-9 Luc.X 39-40. 120 Luc. VIII 2-3; XXIII 54. 135 Luc. VIII 2-3 138 Luc. VIII 2.

Maria Magdalene accesserit, indulgentiamque promeruerit, cum a Galilea secutam esse Dominum et de suo ministrasse eam Lucas aperte dixerit? Narratio itaque diversa alias esse hanc, aliam esse illam, et aliud hoc, aliud esse opus illud insinuat.

Cum Psalmista dicat, DIXI, CONFITEBOR ADVERSUM ME INIUSTICIAM MEAM DOMINO ET TU REMISISTI IMPIETATEM PECCATI MEI, fideli sensu credimus quia remissionem peccati mulier illa optinuit ex quo poenituit, mala horruit, ad bona se agenda devovit; sed nulla item necessitate cogimur ut id eam tunc primo fecisse credamus quando in Bethania ante sex dies Pasche cum unguento ad Dominum accessit. Nam rationi quidem satis consentaneum existit, nec ullus adversantium sibi scripturarum locus contradicit quod aut idem opus bis fecerit, aut quod malorum suorum consideratione compuncta et audiendi verbum optinendi salutis avida, primo autem Dominum secuta fuerit de suis facultatibus ministrandi ei, dein eo veniente ad Passionem, illa exhibuit circa eum obsequia, tam ad consummatam delictorum satisfactionem, quam ad sepulture ipsius Domini commendationem. "PREVENIT", inquit, "UNGUERE CORPUS MEUM IN SEPULTURAM." Quod autem evangelista de ea locuturus ait, MULIER QUE ERAT IN CIVITATE PECCATRIX, iccirco eam ex actuum preteritorum enormitate designat, ut potiorem circa poenitentes gratiam Dei commendet. Nec adversatur quod ita subiungit: ET FACTUM EST. DEINCEPS ET IPSE ITER FACIEBAT PER CIVITATES ET CASTELLA PREDICANS ET EVANGELIZANS REGNUM DEI ET DUODECIM CUM ILLO, ET MULIERES ALIQUE QUE ERANT CURATE A SPIRITIBUS MALIGNIS ET INFIRMITATIBUS, INTER QUAS ERAT MARIA MAGDALENE DE QUA EIECERAT SEPTEM DEMONIA. Illam quippe poenitentis actionem inseruit ea ratione inductus qua premiserat Dominum propter Iohannem Baptistam tunc in carcerem positum turbas increpasse dicentem, "CUI ERGO SIMILES DICAM HOMINES GENERATIONIS HUIUS? VENIT ENIM IOHANNES BAPTISTA NEQUE MANDUCANS CARNEM NEQUE BIBENS VINUM ET DICITIS, DEMONIUM HABET. VENIT FILIUS HOMINIS MANDUCANS ET BIBENS, ET DICITIS, ECCE HOMO VORAX, AMICUS PUBLICANORUM ET PECCATORUM." Quod ut exemplo approbaret subnexuit evangelista peccatricem illam ad Dominum accessisse atque ab illo satisfactionem eius benigne susceptam fuisse. Dein ad ordinem rerum gestarum rediens, DEINCEPS, inquit — hoc est postquam Iohannem in vincula retrusum audivit, non postquam peccatrix illa ad eum sic accessit — ibat PER CIVITATES ET CASTELLA ET XII CUM ILLO ET MULIERES ALIQUE, INTER QUAS ERAT MARIA MAGDALENE, cuius poenitentie satisfactionem vel anticipando praelibaverat, vel idem ab eadem bis factum intelligi volens, ordine suo tunc dixerat. Dicendo DE QUA SEPTEM DEMONIA EXIERANT, cum ubi vel quando hoc de illa sit factum alibi nusquam insinuat et tamen factum esse commemorat, dat intelligi peccatricem illam

161 eiecerat: exierant *add. interlin.*

143-4 Ps. XXXI 5. 154 Marc. XIV 8. 155 Luc. VII 37. 158-61 Luc. VIII 1-2. 163-67 Luc. VII 31-4. 170 Luc. VIII 1-2. 174-5 Luc. VIII 2.

cuius poenitentiam scripserat et de qua Dominus ipse dixerat, "Dimissa sunt EI PECCATA MULTA QUONIAM DILEXIT MULTUM", Mariam Magdalenen fuisse de qua nunc quoque commemorat septem demonia exisse, hoc est omnem in ea vitiorum enormitatem et peccatorum numerositatem curatam fuisse. Quoniam ergo una eademque est in appellationis designatione significatio, una eademque femina esse potest de qua fit utraque narratio. Illam vero demoniorum expulsionem beatus Gregorius sine ulla ambiguitate dicit delictorum omnium emundationem. Hunc rerum ordinem quem diximus, Marcus evidentius aliquantisper ponit, sic inquiens, POSTQUAM AUTEM TRADITUS EST IOHANNES, VENIT IESUS IN GALILEAM PRAEDICANS EVANGELIUM REGNI DEI. Plane non prorsus eadem Lucas in hoc negotio et alii narrant, nulla tamen inter eos existit contrarietas. Moris equidem est scriptorum quod ea que ad intentionis sue negotium pertinent aliis omissis sola assumunt. Matheus qui Ebreis evangelium scripsit, ubi memorat Dominum ad Passionem venire, super asinam — per quam populus ille significabatur — eum refert sedisse; alii vero qui gentibus scripserunt, eum sedisse super pullum asine — per quem effrenis ille populus figurabatur — dixerunt. Nec sibi sunt contrarii, quia nec ille quod tantum super asinam, nec isti quod tantum super pullum asine sederit innotuerunt. Hoc ipsum fit, inquam, pluribus aliis. Ut igitur in multis aliis negotiis agunt, cum eadem narrent, quisque pro sua intentione quedam interserit, reliqua omittens que alius interserens cetera omittit; sic in hoc negotio Lucas poenitentium formam in ea muliere designans, ea tantum que poenitenti sunt proponenda describit, alii aliud intendentes ea tantum scribunt que proposito sue intentionis congruunt. Nam mulier illa typum gessit, non modo poenitentium, verum et eorum qui fructus dignos poenitentie agunt, qui providentes bona non tantum coram Deo sed coram extremis etiam quibusque fidelibus tamquam caput et pedes Domini unguento perfundunt, obsequii eis impendentes honorem et beneficii opem, ex cuius odore domus impletur, quia bone vite eorum fama usquequaque refertur.

Itaque cum nullam rationis approbationem opponimus necessariam, aut scripture sacre auctoritatis alicuius evidentiam, teneamus quod dixere priores, doctiores, qui probabilius id nosse potuerunt, ne punienda temeritate transgrediamur terminos patrum nostrorum. Sed illam peccatricem Mariam Magdalenen fuisse dixerunt, alii aperte et quibus non est facile contradicendum, alii veris quibusdam aut verisimilibus coniecturis hoc intelligi posse reliquerunt; nulli vero id aliquomodo contradixerunt. Quia igitur salva fideli religione, et sine ulla evangeliorum inconvenientia id teneri potest, donec aut per evidentius scripture testimonium aut persone maioris iudicium refellatur, quod dixere

196 cum: que cum *MS.*

177-8 Luc. VII 47. 186-7 Marc. I 14. 190 Matt. XXI 7. 192 Marc. XI 7; Luc. XIX 30.

tenendum est, cum nulla obiectio obscura in hac re occurrat nobis que illos latuerit aut cuiusvis hominem sollertie in scripturis. Multa quippe ex evangelii fide inconcussa tenemus que nulla tamen evangelistarum auctoritate sed sola priorum assertione indubitanter habemus. Nam Matheus qui solus magos ad Dominum adorandum scribit venisse, quot fuerint minime scribit, universa tamen ecclesia tres illos non dubitat extitisse, nulla alia hoc astruens rationi necessitate, nisi quia sic maiores et priores dixere. Nam propter tria munera aurum, thus et mirram hoc astrui non potest: tam bene enim fieri potuit — nec ulla evangeliorum auctoritas contradicit — ut quisque eorum hec tria simul quam ut singuli singula obtulerint. Nec solum hoc in evangeliis, verum et in aliis tam divinis quam secularibus litteris persepe invenitur, quod commentator dicit multa aliunde cognita que in textu scripture nequaquam reperiuntur inserta, neque ulla proinde falsitatis culpa annotatur, dummodo non fiant textui scripturarum contraria ea que dicuntur.

III *A Palm-Sunday Sermon.*

The only MS. in which this sermon of Gilbert Crispin is known to be preserved is the British Museum MS. of Gilbert's works, Add. MS. 8166. The MS. has been described by Armitage Robinson in his *Gilbert Crispin*, pp. 54-5. The present sermon occupies fol. 17v-18v, and has the title *Sermo eiusdem in Ramis Palmarum*: it is preceded in the MS. by Gilbert's Dialogue between the Christian and the Jew. There was formerly another copy of this work among the Towneley MSS. (MS. xlv, 12th century, from Hatfield Priory). It was sold by auction in 1883 and cannot now be traced. (See N. R. Ker, *Medieval Libraries of Great Britain*, p. 53.) The relation of the sermon to the Dialogue, and the place which it has in the development of Gilbert's thought, have been discussed above, p. 94.

Sermo eiusdem in Ramis Palmarum

Exigit solempnitatis hodierne causa et processionis sacre facies insolita ut de sacramento huius diei dicamus vobis prout Deus dederit nobis. Omnipotenti et iusto dispensationis sue consilio Deus homo fieri voluit, et ut homo fieret, nobis omnino necesse fuit. Cum sit enim Deus omnipotens, iusticiam servat IN OMNIBUS VIIS SUIS, et in hac ergo redemptionis nostre causa etiam contra diabolum Deus sic uti voluit omnipotentia sua, ut nulla eius actio adversus eum esset sine iusticia, prebens formam homini quem ad imaginem suam creavit, ut potentia utendi ratione sic utatur quatinus ipsa potentia utendi ratione sua in nulla actione abutatur. Videamus ergo in hoc sacramento ubique iusticiam Dei.

Peccaverat diabolus in Deum, quia licet a Deo omnia haberet, et hec ab eo

5 Ps. CXLIX 17.

se habere non nesciret, adversus Deum se extulit et omnipotentiam Dei demoliri voluit. Cum enim sit Deus a quo omnia, per quem omnia, et in quo sunt omnia, qui non vult esse sub Deo sed vult esse par et equalis Deo, efficere vult ut Deus non sit ex quo omnia, per quem omnia, in quo sunt omnia. Hanc ergo impietatem et impietatis machinationem si ulcisci Deus nollet, iustus non esset. Si pro culpe modo ulcisci non posset, omnipotens non esset. Quia ergo Deus et iustus et omnipotens est, pro culpe modo hanc impietatem ultus est. Abstulit a diabolo unde superbus peccabat, non abstulit unde non superbiebat. Abstulit ab eo beatitudinem, non abstulit nature conditionem. Non enim quia conditus erat, sed quia beatus erat diabolus insolescebat. Quia ergo diabolus ad superiorem rerum ordinem ascendere non potuit quoniam Deo par et equalis esse non potuit, nec in eo rerum statu in quo erat conditus remanere voluit, quia sub Deo suo ordine esse non voluit — quoniam, inquam, nec supra potuit esse, nec in medio voluit remanere, ad inferiorem rerum ordinem, hoc est ad inferna, eum Dei omnipotentia deiecit. Perdita ergo angelorum tanta numerositate, creavit Deus hominem ut dampnum hoc suppleretur et ordo debitus atque destinatus ab eo electorum numerus adimpleretur. Creavit eum mortalem et quandoque moritur, quamvis postea immortalis futurus et iam ultra non moritur. Ne ergo et ipse homo adversus Deum insolesceret et inani elatione se adversus Deum erigeret, posuit ei Deus iugum obedientie omnino lene atque tolerabile. PRECEPIT, inquam, EI Deus sic: EX OMNI LIGNO PARADISI COMEDE; DE LIGNO AUTEM SCIENTIE BONI ET MALI NE COMEDAS. IN QUAQUE DIE COMEDERIS MORTE MORIERIS. Lignum scientie boni et mali eo usu locutionis appellavit quo dicere solemus diem gaudii seu meroris, quia non dies in se gaudium habeat seu merorem, sed quia in eo gaudium habuimus seu merorem. Quid plura? Peccavit et ipse homo in Deum. Noluit esse sub Deo, sed voluit esse quasi similis Deo. Dolebat diabolus concessam homini beatitudinem quam ipse amiserat, suggessit mulieri, seduxit mulierem, et virum impulit ad peccandum per mulierem. (fol. 18) "Non est", inquit, "ita; SCIT ENIM DEUS QUIA IN QUACUMQUE DIE COMEDERITIS, APERIENTUR OCULI VESTRI; ET ERITIS SICUT DII, SCIENTES BONUM ET MALUM." Mulier, sicut dicit apostolus, in prevaricatione illa seducta est, vir seductus non est, sed maluit uxori morem gerere quam precepto Dei obedire. Comedit ergo illa et ille et protinus aperti sunt oculi eorum et ⟨h⟩abuerunt scientiam boni et mali illa et ille. Quid bonum quidem esset, antea sciebant quia solus homini creator preerat, nulli creature homo subditus erat. Nichil erat in homine, nichil erat circa hominem quod eius offenderet voluntatem. Nudus erat sed in ipsa nuditate sua non erubescebat. Lex enim nulla erat in carne eius, que repugnaret legi mentis eius. Hoc igitur bonum inesse sibi homo sciebat atque sentiebat. Habuit confestim et

29 immortalem *MS.* 27 ab: ad *MS.* 40 inquit: inquam *MS.*

31-3 Gen. II 16-17. 40-1 Gen. III 5. 41 I Tim. II 14.

scientiam mali. Protinus enim expulsi sunt de paradyso. Audivit homo datam in se maledictionis sententiam a Domino. "In labore", inquit "et SUDORE VULTUS TUI VESCERIS PANEM TUUM, DONEC REVERTARIS AD TERRAM DE QUA SUMPTUS ES." Mulieri quoque dictum est, "In DOLORE et gemitu PARIES FILIUM ET SUB VIRI ditione ERIS." Corporis quoque sui ditionem protinus homo amisit. Erubuit nuditatem suam. Non erubesceret nisi aliquid insolitum, aliquid indecens, aliquid indecorum in carne sua videret. Fugit ad folia ficus et nuditatem suam operuit. Hec est lex illa in carne nostra, que legi mentis nostre repugnat, de qua dicit apostolus, VIDEO ALIAM LEGEM IN MEMBRIS MEIS REPUGNANTEM LEGI MENTIS MEE ET CAPTIVUM ME DUCENTEM IN LEGEM PECCATI QUE EST IN MEMBRIS MEIS. Etiam omnium creaturarum ditionem amisit homo antea sibi concessam a Deo. Hoc itaque modo habuerunt scientiam boni et mali. Sed illi habuerunt prius scientiam boni; postea habuerunt scientiam mali: nos econtra nunc habemus scientiam mali; habebimus quandoque scientiam boni. "AD VESPERUM", inquit "DEMORABITUR FLETUS ET AD MATUTINUM LETICIA."

Ab hoc itaque malo, quis humanum genus liberaret? Qui oraret pro alio? Quis ageret causam pro alio? Nemo erat immunis a peccato. Quis ergo de filiis Ade ditionem diaboli ab aliis filiis Ade poterat submovere? Si vero angelus vel alter homo nasceretur de virgine absque peccato, per passionem suam redimere posset hominem, sed eum restituere non posset ad pristinam libertatem. A quo enim aliquis redimitur, eius ditioni iure servus addicitur. Ut igitur homo redimeretur et amisse libertati atque dignitati omnino restitueretur, verbum quod creavit hominem caro factum est ut redimeret hominem. Ad eius gratiam redire potuit atque redire potest homo, nam ab eius ditione numquam recessit aut recedere potest homo. Recedit enim male voluntatis obsequio, non recedit nature dominio. Deus itaque homo factus est sed inter mortuos liber, quia de virgine homo factus est. In eo igitur homine qui inter mortuos liber erat, diabolus nichil suum habebat, quia omnino sine peccato erat. Et quia nichil omnino in eo habuit, iniuste ditionis sue tiranidem in eum exercuit. In Christo igitur natura humana iniuste mortem subiit. Mortem quippe quam primus homo propterea subiit quia peccavit, quia Deo obediens non fuit, iste propterea subiit quia peccare noluit, quia Deo per omnia obediens fuit. Ergo Christus, qui est Deus et homo, quia iniuste mortem subiit, iuste iugum mortis ab homine excussit et sic plenissime hominem ad pristinam libertatem restituit, quia Deus est qui hanc circa nos

79 iuiuste: iuste *MS*.

51-2 Gen. III 19. 53 Gen. III 16. 58-9 Rom. VII 23. 63-4 Ps. XXIX 6. 65-76 cf. *Disp. Judaei cum Christiano* PL 159, col. 1022-3, quoted above, p. 86. See also *Disp. cum Gentili*, p. 71, l. 3, above. 76-84 cf. *Disp. Judaei cum Christiano* PL 159, col. 1023: Quia igitur presumptione injusta mors in eum feriendo deliquit, in quo nihil suum repererat, nihil omnino juris habebat, jure amisit eam jurisdictionem, quam peccato primi hominis in hominem primum ejusque posteritatem obtinuerat.

mi- (fol. 18v) serationem exhibuit. Ita igitur ubique MISERICORDIA ET VERITAS OBVIAVERUNT SIBI et Deus misericors et iustus fuit IN OMNIBUS VIIS SUIS. Quia igitur qui fecit nos, redemit nos, cui sumus obnoxii quia fecit nos, ei sumus obnoxii quia redemit nos et propterea soli Deo pro redemptione nostra honor et gloria. Sicut vero propter hominem et in homine Christus paulominus minoratus est angelis, ita per Christum et in Christo natura humana multo sullimior facta est angelis, quia VERBUM quod FACTUM EST CARO ET HABITAVIT IN NOBIS est illud ipsum verbum per quod facta sunt omnia que sunt in celo et in terra. Hanc igitur redemptionis nostre causam peracturus et pro redemptione nostra mortem subiturus, sexto ante passionem die, hoc est hodie, venit Dominus in civitatem Iherusalem. Populus vero cum audisset quia venit Jesus Jerusalem, exiit ei obviam cum floribus et palmis et qui prehibant et qui sequebantur clamabant "Osanna in excelsis", quoniam et eorum qui ante legem et sub lege fuerunt et eorum qui sub gratia existunt, una est fides atque una fidei confessio, quia proprio filio suo non pepercit Deus sed pro nobis omnibus tradidit illum, UT OMNIS QUI CREDIDIT IN EUM NON PEREAT SED HABEAT VITAM ETERNAM, sicut nobis ipsa veritas promittit. Illam ergo illius populi devotionem et illam illius sacre processionis actionem solenni recolimus obsequio ac debito celebramus obsequio, gratias illi agentes qui nos gratuita bonitate sua fecit de nichilo eademque gratia redemit sanguine suo et augmentato gratie sue dono fecit nos heredes quidem Dei, coheredes autem Christi. Cui cum Patre et Spiritu Sancto honor.

R. W. SOUTHERN

Balliol College, Oxford.

NOTE

Since this article was printed, Dom J. Leclercq has published Gilbert's treatise on the monastic life in *Studia Anselmiana* XXXI, 1953, 118-23.

84 Ps. LXXXIV 11. 85 Ps. CXLIV 17. 88 Heb. II 7. 90 Joh. I 14. 94 Matt. XXI 8-9. 98-9 Joh. III 16.

THE 'ARS DISSERENDI' OF ADAM OF BALSHAM 'PARVIPONTANUS'

I

ADAM of Balsham was probably the first 'novus auctor in arte'.[1] At a time when training in the arts of the trivium consisted mainly in the study and explanation of ancient 'auctores', his *Ars Disserendi* (A.D. 1132) was a bold, not wholly unsuccessful, attempt at establishing a completely modern text-book of an art. It is the first systematic treatise of the second—or third—discipline of the trivium not modelled on the patchwork of the Porphyrian, Aristotelian and Boethian *corpus*. The author's aims were apparently these: to produce a handbook containing all that is essential for the mastering of logic—in the narrower sense of 'dialectica'—, clear in language and construction, rich in examples, so that the student who has learnt what is 'in arte' should acquire the 'facultas' of discoursing 'ex arte'; to expound its foundations in the form of an analysis and classification of the forms of 'enuntiatio' and 'interrogatio', from which every discourse begins; to free logic of all complicated accretions and superstructures. Adam's short account of the origins, development, decay, rebirth of an art vividly reveals the new spirit of his age. The long section on sophisms bears witness to a teaching which probably initiated, certainly stimulated, and gave order to, the mediaeval study of that part of logic, one of the most fertile for philosopher and theologian alike in the twelfth and following centuries. New in its plan and in many major and minor sections, the *Ars* inevitably owes much to the authors of the past, mainly to Aristotle and Boethius. Perhaps for the first time Aristotle's *Topics* and *Sophistici Elenchi* were put directly to contribution in an original treatise by a Latin-

[1]) This phrase is applied by John of Salisbury to one, real or typical, member of the school of the Petit Pont but not to Adam. See pp. 163-164.

writing author. A very artificial style, revealing Adam's passion for complicated patterns of sentences, for symmetry and parallelism, a vocabulary rich in new technical meanings, a systematic exclusion of most traditional terms of the art, may explain why this work had such a short and limited life, and why modern scholars have been deterred from even reading it. Some masters used Adam's *Ars* as a handbook, and some of their corrections and additions are preserved, testifying to the way in which it contributed to further thinking on logical matters. John of Salisbury's description of the Cornificians throws light on, and receives light from, the original *Ars* and the alterations which it underwent.

Very little is known about Adam. His family was of French extraction, from Beauvais,[1] and owned some land in his birthplace, Balsham near Cambridge, where he probably returned for a visit at a time when he was earning his living in Paris, after an absence of eleven years spent, at least partly, in that city, and after becoming a 'magister' [6a].[2] In 1132 he produced his *Ars Disserendi* [5b]. John of Salisbury met him probably between 1136 and 1138 in Paris,[3] and frequented him in later years, before 1148, discussing many problems with him, apparently as a younger man discusses with a more learned and wiser friend, and exchanging books [2a, c]. As a recently appointed canon of Paris, he testified against Gilbert de la Porrée in 1147 [1a]. On 21 March 1148 he was present, with Peter Lombard, Thierry of Chartres and several other masters, at the Council of Reims where Gilbert's doctrines were discussed [1b]. He died on August 6th of an unknown year [8], perhaps before 1159.[4] He may have taught at some

[1]) B. Hauréau (*Not. et extr. de quelques manuscr.* III, Paris, 1891, p. 218; also in Not. et Extr. XXXIV. i [1891], p. 56) suggests 'Beverlacensis' for 'Belvacensis': this "signifierait qu'Adam était d'une famille originaire de Beverley" (and M. Manitius: "Adam gehörte zur Familie Beverley," *Gesch. d. lat. Lit. d. Mitt.* III, Munich, 1931, p. 202). But 'belvacensis' is already in a twelfth-century manuscript and in one containing the notes by Adam's 'prepositus'. Adam's father or grandfather might well have come to England in or after 1066.

[2]) The numbers in heavy type refer to the passages at pp. 159-168.

[3]) It is usually said that John met Adam in Paris after his two years' absence, viz. in 1140 or after: but at this time he "contraxit familiaritatem *ulteriorem* ad magistrum Adam"; he might even have met him already in England.

[4]) John's words (especially 2d) are more likely to have been written about a dead man. Nequam's words [4] "nostro fulgens tempore sidus Adam" might seem to suggest that Adam was alive, if not when Nequam was writing (1216), at least when he was at the school of the Petit Pont (*ca.* 1175): but Adam is contrasted as a 'fulgens *sidus*' with Gilbert, Alberic, Abailard who 'temporibus suis micuere

time on the Petit Pont.[1] He had a number of pupils in logic, among them one William of Soissons, and friends and supporters—one Peter was his 'prepositus'—, and many detractors, as well as followers who were unwilling to acknowledge their dependence on his teaching [2, 6b]. Jealousy restricted his intellectual intercourse with other students; and he may have pretended that logic was more difficult than he thought it to be in order to compete, in the trade of attracting pupils, with the masters who accumulated all kind of teaching around texts like Aristotle's *Categories* [2a, c]. One Anselm, a friend of his, blamed him for his style, too simple and straight to the point, and Adam met his wish for a 'nobler' style by writing an 'oratio', later known as *De Utensilibus* or *Phaletolum*,[2] in which he tried to save from oblivion rare Latin words for common objects, and incidentally to give advice to Anselm on rural housing and on the dangers of property as a

quasi *lumina terre*'. Was Adam the heavenly star of the school, while the others' light had not overlasted their earthly life?

[1]) This is suggested by 'de Parvo Ponte' [1, 5a, 8] and 'Parvi Pontis' [3], or the more recent 'Parvipontanus' [6c, 7]. But the addition to the name is missing from all the evidence nearer to Adam himself [2, 5b, 6a, b].

[2]) "Quoniam planum illum loquendi modum quo uti consuevi flumini visum usquequaque in ima admittenti comparabas, nobiliorem autem tibi videri dicebas orationem fluvio tenebricosa profunditate stagnato comparandam, ad arbitrium morem tibi geram" (p. 2 Hoffm., 77 = 121 Schel., 205 = 45 Haur.). The addressee Anselm (called 'magister' only in later gloses, cf. 6c) has not been identified: E. Lesne's suggestion that he might be the 'Magister Anselmus' mentioned with Mainerius in a document of 1160 is not supported by evidence (*Hist. de la Propr. Eccl.* V: *Les Écoles*, Lille, 1940, p. 232 n. 10). — At least thirteen manuscripts of the *De Utens.* have survived down to modern times: one of the twelfth century, Cologne Wallraf (? now in the Stadt- u. Univers.-Bibl., used by Hoffmann), the others of the thirteenth and fourteenth centuries: Bruges Ville 536 (used by Scheler), Cambridge Gonv. a. Caius 136, Cambridge Trin. O. 7. 9, Dublin Trin. Coll. D. 4. 9, Leipzig Univ. Paul. 172 (used by Haupt), Lincoln Cath. 132, Oxford Bodl. Rawlins. G 99 (S.C. 15462), Paris B.N. lat. 2582 and 14877, Paris Arsen. 3807 (the two last mentioned used by Hauréau), Wolfenbüttel 3035 (incomplete, used by Rose), Worcester Cath. Q.50 (only the beginning). See, for lost manuscripts with ascriptions to Adam or Alexander Nequam, or anonymous, Manitius, *Gesch.* III, p. 204. The *De Utens.* has been edited four times: by M. Haupt in Ber. d. Sächs. Ges. d. Wiss. phil.-hist Kl. 1849, pp. 276-285; by A. H. Hoffmann v. Fallersleben, *Epist. Ad. Balsam. ad Anselm.*, Neuwied, 1853 (the best published text); by A. Scheler, *Trois traités de lexicogr. lat.*: *III* in Jahrb. f. roman. u. engl. Lit. VIII [1867], pp. 75-93, and in separate vol., Leipzig, 1867, pp. 119-137 (? also Brussels, 1863); and by B. Hauréau, *Not. et extr.* III, pp. 203-216 = Not. et Extr. XXXIV. i, pp. 44-54. A few passages are printed by V. Rose in his introduction to Giles of Corbeil's (Egidii Corboliensis) *Viaticus*, Leipzig, 1907, pp. xvi-xix. J. K. Floyer and S. G. Hamilton (*Catal. of MSS. preserved in the Chapter Libr. of Worcester Cath.*, Oxford, 1906, pp. 186-188) printed as the 'first' edition of the whole work, the small section preserved in the Worcester manuscript.

temptation against knowledge and love of the true good.[1] Admirers and detractors would judge in opposite ways the subtlety and complication of his style in the *Ars Disserendi*, a style which John of Salisbury saw to be modelled on that of Aristotle's writings at their literary worst [2d]. A clever and learned man in the eyes of some of his contemporaries, he was a keen student of Aristotle [1a, 2a]: one or two words in Aristotle's *Elenchi Sophistici* which Thierry of Chartres had misread were read rightly by him [3];[2] he probably called William of Soissons' attention to a proposition from the *Prior Analytics* as quoted by Boethius [2a].[3] In the *De Utensilibus* he used some passages from Aulus Gellius' *Noctes Atticae* and from Isidorus' *Etymologiae*.[4] Some opinions on transubstantiation [7], and probably others on the Father and Son as 'principium' of the Holy Ghost [9], which are found in a collection of twelfth-century *quaestiones*, testify that he took part in theological debates.[5] He was mentioned with some bitterness by Otto of Freising in 1158 [1a], with gratitude and qualified admiration by John of Salisbury in 1159 [2], with reverence

[1]) "Sed ut aliquid non superfluum et vere utile amico destinata contineat epistola, si philosophiam de huiusmodi rebus consulas, ipsa tibi certissime ostendet tantae rerum copiae incomparabiliter praestantiorem esse cognitionem quam possessionem. Neque ego nunc de ea cognitione loquor qua talium rerum species et nomina distinguntur neque de ea quam physici de huiusmodi rerum natura profitentur, sed de ea qua intelligitur quam monstruosam efficaciam habeant res huiusmodi animos hominum ad sui concupiscentiam alliciendi et a veri boni cognitione et amore abducendi. Quare, mi Anselme, illud numquam apud te ipsum, ut quidam faciunt, dissimula, non talia possidere, sed talibus vel bene uti vel bene carere pretiosum esse, quod quidem a philologis qui sola verba iactant sicut numquam credi sic numquam intelligi, et sicut inutile putari sic illis inutile esse saepe a me accepisti" (p. 12 Hoffm., 93 = 137 Schel., 216 = 54 Haur.).

[2]) The passage in which Thierry had read 'plunulas' is either "ut Hippocratis aut quadratura per lunulas, sed ut Brysso . . ." (*Soph. El.* xi, 171b15-16) or ". . . quae est quidem per lunulas non litigiosa, Bryssonis autem litigiosa" (172a3-4): Thierry probably read only the 'p' of the compendium for 'per' and attached it to 'lunulas'. Is it a mere coincidence that John of Salisbury mentions 'Brisso' among the almost unknown 'authorities' who must be considered as less important than Adam [2b]?

[3]) The proposition "idem cum sit et non sit non necesse est idem esse" (cf. *Pr. Anal.* II. iv, 57b3-4) became known to the masters from Boethius, *De Syll. Hypoth.* (PL 64, col. 836A), and is already used by Abailard (*Dialect.*, pp. 557-8 Cous.). For its use in sophistical arguments see, e.g., Alexander Nequam, *De Nat. Rer.* clxxiii, pp. 288-90 Wr.

[4]) Cf. M. Hertz's introduction to his edition of the *Noct. Att.* II, Berl. 1885, p. xxxv. Did John of Salisbury come to know Gellius through Adam? For quotations in the *Ars Disserendi* see pp. 146-147.

[5]) This does not mean that Adam was a master in theology as well as in dialectic. Such a hypothesis was made, but on the wrong assumption that our Adam and the bishop of St. Asaph were the same person [iv].

by Alexander Nequam in 1216 [4]. His *De Utensilibus* enjoyed some degree of popularity in the thirteenth, perhaps also in the fourteenth, century, was annotated more than once, e.g. by his 'prepositus' Peter and by a 'Magister N.', and was the model for similar works by Alexander Nequam and John of Garland [6b, c].[1] The *Ars Disserendi* aroused discussions, was re-edited, at least in part, before the end of the twelfth century with the contributions of other masters, and copied, apparently as a rarity, about A.D. 1300. Du Boulay, in the middle of the seventeenth century, was the first of the historians who made scholarly inquiries, and occasionally created learned legends, concerning Adam: the inquiries are still to be completed, some of the legends still to be exposed.[2]

[1]) Extracts from Peter's notes are published in Haupt's edition, others from anonymous notes in Scheler's and Hauréau's editions. For the notes by 'Magister N.' (not, probably, to be expanded 'Nequam', cf. R. W. Hunt, *Alex. Neck.*, Oxford, 1936, unpublished thesis in the Bodl. Libr., pp. 9-10; see P. Meyer, *Les manuscr. franç. de Cambr.* IV: *Gonv. and Caius Coll.* in Romania XXXVI [1907], pp. 486-8.

[2]) Our Adam might be recognized in the 'Adamus parvus vel de Pountenay' to whom J. Bale ascribes a *Super dictiones Bibliorum* 'exemplo Alexandri' (*Ind. Brit. Script.*, Oxford, 1902, p. 7; cf. *Script. Ill.* II, Basle, 1559, p. 49; from him J. Pits, *Relat. Hist.*, Paris, 1619, p. 820 [de Adamo Pontuaio], and T. Tanner, *Bibl. Brit.-Hib.*, London, 1748, p. 606 [Pountnaius, Adamus]). Du Boulay (*Hist. Univers. Par.* II, Paris, 1665, pp. 431, 667, 715-6) combined the evidence from Otto of Freising and John of Salisbury with that about the bishop of St. Asaph [1a, 2, iv]: this wrong identification was accepted by almost everybody (see particularly: T. A. A[rcher], *Adamus Angligena* [this epithet comes from Du Boulay, p. 715] in D.N.B. I, London, 1885 and Oxford, 1922, pp. 75-6; V. Rose in Egidius Corbol., *Viaticum*, pp. xx-xxii; Manitius, *Gesch.* III, p. 203), but doubted by D. Humphreys (cf. Hunt, *Alex. Neck.*, p. 7 n. 3). Du Boulay made of him a pupil of Abailard and an 'insignis grammaticus, disertus rhetor, philosophus clarissimus et subtilissimus et in artibus professor celeberrimus'. Tanner (p. 6) added to Adam what Bale (p. 81; Pits, p. 819; but cf. D.N.B. I, p. 75) had said of one Adam (? Wodeham) mentioned by Vincent Bandello [viii], making of him the author of a commentary on the *Sentences*. A. D. Pastoret (*Hist. Litt. de la Fr.* XIV, Paris, 1817, p. 190) says he was a pupil of Matthew of Angers and a professor of theology at the episcopal school of Paris. In 1840 V. Cousin published some passages from the *Ars Disserendi* discovered by him in a manuscript of St. Victor, now B.N. lat. 14700 (*Fragm. philos.*: *Philos. scolast.*, Paris, 1840, pp. 417-24; 5th edit. 1865, pp. 385-9); soon after T. Wright identified as Adam the 'Parvi Pontis incola' of the *Metamorphosis Golie* [10] (*The Lat. Poems commonly attributed to W. Mapes*, London, 1841, p. 28); Ch. Petersen (*Iob. Saresb. Entbet. de Dogm. Philos.*, Hamburg, 1843, pp. 79-82, 91) saw again Adam in the 'incola Modici Pontis' of the *Entheticus* [i] (but C. Schaarschmidt, *Job. Saresb.*, Leipz., 1862, p. 78 n. 6 realized that a pupil rather than Adam himself was meant), and did not reject Herbst's and Bernays' suggestion that the 'Pontilianus' of the same poem was also Adam [ii]; M. Haupt published the first of the three or four 'first' editions of the *De Utens.* (1849; Hoffmann, Scheler, and Floyer and Hamilton did not know of the older editions). In 1861 Prantl (*Gesch. d. Log. im Abendl.* II, pp. 211-2) gave a few indications on the *Ars* from the passages published by Cousin, and, misinterpreting John of Salisbury's 'expressit' [2d], stated that the *Ars* was based on the *Prior Analytics*; this other legend

The *Ars Disserendi*[1] is preserved incomplete in two manuscripts: *S* = fol. 163-226 of the present composite volume cod. Paris B. N. lat. 16581.[2] These leaves formed an eight-quire book (mm. 160 × 120, 24-26 full-length lines, wide margins) neatly written in a biggish French hand of the second half of the twelfth century. The book, probably in Richard of Fournival's library *ca.* A.D. 1250, was bequeathed in 1271 by Gerard of Abbeville to the Sorbonne (no. 1 or 14 or 17 of class XLVI according to the 1290 [?] classification), bound in one volume (Z. f) with two other books *ca.* 1300-1350, and mentioned as 'Dyaletica Alexandri' in the fourteenth-century list of contents, fol. 226v.[3] Some sigla were written on the

is still repeated (e.g. Manitius, *l.c.*, and Lesne, *Écoles*, p. 603), although Ch. Thurot (in Rev. Crit. d'Hist. et de Litt. II [1867] i, pp. 194-203, and ii, pp. 4-11), after examination of the two manuscripts of the *Ars* —the second was discovered by him—had stated its independence of that work of Aristotle. Thurot also gave a very short characterization of the *Ars* and published a passage from it. This passage was analysed, but mostly misunderstood, by Prantl (II², 1885, pp. 212-5), who had previously asserted for the *Ars* the Byzantine influence on which he thought all the new Western logic was based (*Mich. Psell. u. Petr. Hisp.*: *eine Rechtfert.*, Leipz., 1867, p. 13). In more recent times new evidence on Adam was brought to light (7 by J. F. Schulte in 1891, 3 by P. Meyer in 1896, 8 by A. Molinier in 1902, 4 by R. W. Hunt in 1936, 1b by A. Wilmart in 1945) or suggested (vii by Manitius in 1906, v by Rose in 1907, 9 by Landgraf in 1930, 11 by Grabmann in 1937). B. Geyer (*Die alten lat. Uebersetzgn d. aristot. Anal.* in Philos. Jahrb. XXX [1917], p. 29) confirmed the independence of the *Ars* from the *Pr. Anal.*; M. Grabmann (*Bearbeitgn u. Ausleggn d. aristot. Log.* in Abhdlgn d. preuss. Akad. hist.-phil. Kl. 1937, v, pp. 16-17) saw both manuscripts, noticed the originality of the work, and published a short passage. Lesne's picture of Adam (*Écoles*, pp. 217-20, 603-5) is mainly based on sections of John of Salisbury's *Entbet.* which do not refer to him and contradict John's words in the *Metal.*; misinterpretations and imagination add to the picture.

[1]) The title 'Ars Disserendi' appears in the *Metalogicon* [2d], and in Richard of Fournival's *Biblionomia* [5a] as the title of cod. *S* which is now anepigraphus. Cod. *V* has the title 'Ars Dialectica'; but Adam always uses 'ars disserendi' in the course of the work, and does not employ in any sense the word 'dialectica'. For the phrase itself see, e.g., Boethius, *In Top. Cic.* I, PL 64, col. 1047C; and Pseudo-William of Conches: "secunda est ars disserendi" of which "in trivio habetur tractatus gravis et utilissimus" (C. Ottaviano, *Un brano ined. della 'Philos.' di Gugl. di C.*, Naples, 1935, p. 28; on the authorship, T. Gregory, *Sull'attrib. a G. di C. . . .* in Giorn. Crit. d. Filos. Ital. XXX [1951], pp. 119-25; on the date, *ca.* A.D. 1140, Th. Silverstein, *The Tertia Philos. . . .* in *Quantulacumque, Stud. present. to K. Lake*, London, 1937, p. 26, n. 12). Can it be that this 'tractatus gravis et utilissimus' is Adam's *Ars*?

[2]) See G. Lacombe etc., *Arist. Lat.*, *Cod.* I, Rome, 1939, p. 691, and our preface to *Phaedo interprete Henr. Arist.* (Plato Lat. II), London, 1950, p. xi.

[3]) Richard's *Biblion.* No. 24 (in Delisle, *Cab. d. Manuscr.* II, p. 525, and A. Birkenmajer, *Bibljot. Rysz. de Fourn.* in Polska Akad. Umiej. Wydz. Filol. LX. 4, Cracow, 1922, p. 47). Birkenmajer did not realize that this was Richard's, or at least Gerard's, copy of the *Ars*, being misled by the mistaken attribution to 'Alexander' and not having seen at fol. 226v the insertion "Iste liber est collegii pauperum . . . ex legato magistri Geroudi de Abbatisvilla". In the 1338 catalogue nos. 1, 14, and 17 in the class of

inner margins, perhaps by the same hand which wrote the text, and a few marginal notes were added by three or four different hands of the twelfth and early thirteenth century: among them an example from Aristotle's *Elenchi* (fol. 187v),[1] one suggested correction ("numquid sophisticum nonne verius falsum?" 193r), an ironical remark ("presumptio vel miraculum" 200v), some marks of approval ("bene, melius, optime" 175v, "bonum exemplum" 203v), a few explanations in the traditional language of logic (200v, 210r, etc.). Some of the notes are written in Greek capitals: CΩFICMA XPYXIC (200v), EYΓPAΦI' (the commentator of Terentius) . . . TEPENXIYM (209r), EΠIΛOΓ' (212r), KAΛXIΔIYC (222r).

V = fol. 246r-272r of cod. Paris B. N. lat. 14700 (St. Victor 32, acquired for the Abbey by J. Lamasse, *ca.* A.D. 1440).[2] In this volume the *Ars* is the thirteenth out of twenty-two, mostly rare, philosophical writings of the twelfth century, copied rather carelessly in a continuous series by one (? French) scribe about A.D. 1300 (mm. 345 × 220, in two columns of

logic (XLVI) are not accompanied by the title (*Cab. d. Man.* III, pp. 57-8). The titles are also missing after LII. 17 and LIII. 42 (pp. 62, 64), which correspond to the Latin *Phaedo* and to the *Summa Alexandri* and *Dogma moral. philos.*, the two books which—probably at that time—were bound together with the *Ars*, and then put on bench Z of the 'grande librairie' (pp. 81, 86, 87, 102); the volume was apparently not there at the time of the fourteenth-century inventory (p. 77). — In the 'répertoire méthodique' the title is that of the list of contents: 'Dyaletica Alexandri libri III: Principium propositi de quo et ad quid' (*Cab. d. Man.* III, p. 81; the beginning of the *Ars*, which, in this manuscript, is divided into three books). Although Thurot had already recognized the mistake, this was perpetuated by Delisle's Catalogue (*Inventaire d. manuscr. de la Sorb.*, Paris, 1870, p. 67) and repeated by Lacombe (*Arist. Lat.*, p. 691) and Birkenmajer (p. 70).

[1]) "In elenchis: scit seculum"; these two words are Boethius' adaptation of ἐπίσταται γράμματα (*Soph. El.* iv, 166a18-19).

[2]) See the description in *Arist. Lat.* I, pp. 544-5 (cf. *Cab. d. Man.* II, p. 217 on the acquisition for St. Victor). This unique manuscript contains, among other things, the only existing copy of Sextus Empiricus' *Hypotyp. Pyrrh.* in Latin (cf. Ch. Jourdain, *Excurs. hist. et philos.*, Paris, 1888, pp. 201-17; Cl. Baeumker, *Eine bisher unbek. mittelalt. lat. Uebers. d.* Πυρρων. Ὑποτυπ. in Arch. f. Gesch. d. Philos. IV [1890-1], pp. 574-7; H. Mutschmann, *Sexti Emp. Opera* I, Leipz., 1912, pp. x-xii and (specimen) 209-10), one of the three existing manuscripts of Aristotle's *Post. Anal.* in Gerard of Cremona's translation (cf. our *Note sull'Arist. lat. med. IV: la tradiz. semit.-lat. d. Sec. Anal.* in Riv. Fil. Neoscol. XLIII [1951], pp. 97-124), and one of the four manuscripts of Avencebrol's *Fons Vitae* (cf. S. Munk, *Mélanges de philos. juive et ar.*, Paris, 1877, pp. [v], 6-148; and Cl. Baeumker, *Avenc. Fons Vitae* in BGPM I. ii, Münster, 1892, p. viii). Editions of works of al-Kindi, al-Farabi, al-Gazali, Isaac Israeli, Adelard of Bath, Alfred of Sareshel, Gundissalinus, have been partly based on this manuscript (see BGPM I. i, II. v, IV. ii-iii, XIX. iii, XXIII. i-ii, XXXI. ii; AHDLMA XI [1927-8], pp. 299-340; and J. T. Muckle, *Algaz.'s Metaph.*, Toronto, 1933, p. ix).

41 lines). There are no marks or notes, but the text has been corrected in a few places. In the fourteenth century list of contents, f. 1v, the *Ars* is called 'Dyaletica Alexandri' as in *S*, but the incipit and explicit of book I give Adam as the author [5b].

The *Ars* breaks off in the middle of a sentence, possibly of a word, in *V*, and at the end of the preceding sentence in *S*.[1] The first half of the extant part is preserved by *V* in a recension clearly very near to the original,[2] by *S* in a second widely different recension.[3] The other half is preserved by both manuscripts in the second recension.[4] We know, therefore, (a) Adam's work in a more or less pure form for the first half of what is preserved, (b) the alterations made in this half by the editor or editors of the second recension, (c) the composite recension of the second half of the preserved section. We do not know (a) to what extent the second half reproduces Adam or other people's views, and (b) how much of the *Ars* has been completely lost. — The twelve passages marked by sigla in the first half of *S* are, with one exception, either missing from *V* or found there in a very different form. The exception concerns one passage which is clearly interpolated.[5] The first passage marked by a siglum in the second half of *S* is marked in the same way (but in the text, not in the margin) in *V*, where, however, it is misplaced:[6] obviously the addition in question

[1]) *S* ends with "Sed nec aliquo predictorum quinque modorum multiplex apparet"; *V* adds "Quoniam autem huiusmodi interrogatio dissimilitudine principii non partis se", and, after a blank of two or three letters, "de;" (='deficit'?).

[2]) The style and language are uniform, the exposition of the doctrine clearly follows the author's plan almost without interruption. The one exception of some importance seems to be a passage at fol. 250rb: after a dichotomic division of the sources of doubts in the subject of a proposition, a third source is mentioned; the passage concludes with 'tria sunt'; immediately after, the 'two' kinds are again discussed. This passage seems to be marked in *S* by one of the sigla (.B'.) which accompany passages added or corrected in the second recension. It is, however, possible that the addition is by Adam himself.

[3]) Grabmann has already remarked that the texts contained in the two manuscripts are substantially different (*Aristoteles im zwoelften Jahrhundert* in Mediaeval Studies XII [1950], p. 143).

[4]) The marginal sigla occur several times in this section of *S*, and all the characteristic features of the second recension are found in many passages of the second half.

[5]) See above, n. 2.

[6]) The addition is a claim of discovery and at the same time an apology: it reminds one of the final sentence of Aristotle's *Elenchi Sophistici*, and is similar to other passages in the *Ars*: "Que si non secundum enumerationem sufficienter distinximus inventori primo, si non secundum locutionem convenienter explicatori primo indulgendum est; horum enim nec appellationes nec descriptiones nec ullam omnino notificationem a prioribus habuimus" (*V* fol. 260va, *S* fol. 200v).

was on the margin of the common source, and was inserted by one copyist or editor as part of the text, by another as an addition. Ten more passages of the second half are marked by sigla in *S* and not in *V*. The sigla are .B'. (thirteen times altogether), .b'. (four times, and once in *V*), .H. (twice) and HE (once), T̥ (twice), .9. (once). The following names might be tentatively suggested as explaining the sigla: B[ernardus], [Petrus] He[lias], T[he]o[doricus], [Willelmus de] Con[chis].

II

The introduction to the *Ars*, or 'principium propositi' (printed at pp. 149-152) answers the questions "de quo, ad quid, qualiter ars sit instituenda".[1] The third question is treated first ("primo prius ultimum"), so that the book can begin with an account of the beginnings of the art: in order to show *how* the work is to be carried out it is enough, Adam thinks, to describe the origin and present state of the art.

By 'ingenium' man finds and expounds reasons, thus acquiring some knowledge of how to discourse, 'scientia disserendi'. Then 'usus' widens the scope of 'scientia', and shows the variety of discourse: man realizes that discussion and understanding will be made easier if rules are found to govern and teach discourse.[2] Attention to the 'usual' ways of discourse in fact led men to discover the first rudiments of the art; the more people knew the rudiments, the more the art grew until much information on it was collected and set out in various text-books, 'institutiones ad disciplinas'. An ever wider knowledge of the art, a fuller expansion of 'usus', a more enlightened activity of 'ingenium', must have led to some kind of

[1]) After some indications for further developments: ". . . quis sit circa huiusmodi verborum usus licentiosus, quis debitus, et quid . . . qui autem . . . et qualiter, *alius erit docendi locus* . . . *Satis hic* de quibus sit enuntiandum *utcumque distinguere*" (*S* fol. 168r). — "*Artis ergo viam sine deviis permeare volenti* exemplariter hinc innotescant dicta quatuor . . . genera" (*S* fol. 168v). — "Inchoatam preceptionem non consummari graviter ferentibus proposite sunt superiores distinctiones; inceptiva autem cognitione contentis sufficiant hec ultima . . ." (*S* fol. 178r). — After other hints for developments: ". . . cum de eis que secundum complexionem sunt disseretur commodius ostendetur" (*S* 181r).

[2]) See the passage at pp. 156-157, lines 13-21; in our algebraic notation the formula is: $x = \frac{(n+1)(n+2)}{2}$ where x is the number of possible combinations of n meanings under the three headings 'usus, ars, inventio'.

pressim esset inserta; sed nec argumentum fieri licitum nisi premisso nomine argumenti. Ex arte et de arte agere idem erat (*ibid.*, p. 12).

'Conveniens, argumentum, ratio': these words occur over and over again in several passages of Adam's *Ars Disserendi*, with an insistence which would justify John's charge. More significant perhaps than this fact is another, that almost all the passages in question have been altered in the second recension; and even in some passages where those words occur without much repetition they have been altered. Here are some of the passages:

First recension.	Second recension.
Item '*argumenta* sunt ad hoc ut ad quod nullum *argumentum* est'. *Ratio* ad hoc quoniam *argumenta* sunt ad probandum contraria . . . (*V* 252ra).	Tale est et vulgatum illud 'homines habent duos pedes tantum' (*S* 181v).
Item aliqua diffinitio que *rationi convenit* falsi diffinitio est; diffinitionem *rationi convenire* multipliciter dicimus, tum *rationem* ei consentire . . . Quare *convenire* ex additione sic equivoce dicitur (*V* 253rb).	Item ratio respondendi alia est quam interrogandi, an eius quod est respondendum an eius quod est respondere incertum est. Consideretur et huiusmodi equivocatio que secundum adiunctionem est in eis que tum substantive tum adiective dicuntur, . . . (*S* 187v).
Item aliud quam *rationem* concedere *conveniens* est; item aliud quam *rationi convenire* verum est; item quod falsum concedi sit falsum contradici verum esse falsum sic verum esse ipsum *conveniens* non est (*V* 254vb).	Item aliud quam dubium esse certo contrarium falsum est (*S* 188v).
Eidem ut diversis diverse, ut *argumentum* sine probatione fieri non *convenit*; sine probatione enim *argumentum* . . . ; item ex hoc quod *argumento* probatur falsum *argumentum* probari . . . quoniam non idem verum *argumento* probatur quia falsum (*V* 255ra).	Eidem ut diversis diverse, ut nulla falsa sunt de numero eorum que sunt vera . . . ; item ex hoc quod probatur falsum probari . . . quoniam non idem verum probatur quia falsum (*S* 189v-190r).

Ut quod falsum est sine *ratione* verum est, an verum esse dicatur quod falsum sit sine *ratione* (*V* 255rb).	Ut nullum verum est quod nichil aliud sit a vero, an intelligi debeat velut dictum sit quodlibet verum esse aliquid aliud a vero, an quod nullum verum sit nichil esse aliud a vero (*S* 190r).
Ut contra aliquid quod negatur disputare *conveniens* est (*V* 255va).	Ut omni enuntiatione verum vel falsum dici verum est (*S* 190v).
Aliter etiam a quo ut indiscretum *ratio* arbitrati (?) contingit ut quod sine *argumento* conceditur *argumento* probari non est conveniens . . . (*V* 255vb).	Aliter etiam indiscretum a quo, ut concessum negari in disputatione non convenit . . . (*S* 191r).
. . . et si accidit non inde satis *argumenti* . . . ut eo probetur quod negatur *convenit* . . . tum ad utrumque prius ut aliquid *argumento* probatur . . .(*V* 256rab).	. . . et si accidit non inde multum dubitationis est . . . ut eo probetur qui negatur contingit . . . tum ad utrumque prius, ut aliquid est verum de aliquo . . . (*S* 191v-192r).
. . . ambiguum an generale principium an non, ut aliquid quod est *argumentum* est aliqua species *argumenti*, an de aliquo ut de qualibet specie *argumenti* verum . . . (*V* 256rb).	. . . ambiguum est an generale sit principium an non, ut aliquis color in pluribus est, an de aliquo ut de qualibet specie coloris verum . . . (*S* 192rv).
Ut aliqua *ratio* negari dicitur; aliquam enim *rationem* negari dici sophistice dicimus . . . Videbitur autem ex his que dicimus quod et huiusmodi enuntiationis principium cum (?) dicitur 'aliqua *ratio* negatur' . . . [the whole discussion continues with the example of '*ratio*'] (*V* 256va).	Ut aliquid *verum* negari dicitur; aliquid enim *verum* negari sophistice dicimus . . . Videbitur autem ex his que dicimus quod et huiusmodi enuntiationis principium sit sophisticum dicitur 'aliquod *verum* negatur' . . . [it goes on with 'verum'] (*S* 192v).
Ut id quod non est *ratio* esse id quod non est *ratio* nec aliud *conveniens*, an aliud quam *ratio*, an aliud quam id quod non est *ratio* incertum (*V* 256rb).	Ut id quod non est *enuntiabile* esse id quod non est *enuntiabile* nec aliud *verum* est, an aliud quam *enuntiabile*, an aliud quam id quod non est *enuntiabile* incertum (*S* 192r).

Passages like the following are left out altogether from the second recension:

Habebitur tum sic intelligendorum alterum velut nugatorium dicenti nichil esse sine *ratione*, dubitabitur an preter hoc an quod falsum est sine *ratione* dicatur esse verum, an falsum dicatur esse sine *ratione* verum. . . . Item non est *conveniens* quod non sit aliquid aliud ab *argumento*. . . . Item nullam *rationem* esse aliquam quam verum sit *argumentum* esse verum est . . . (*V* 255rb).

Item ex hoc quod *argumentum* est ad aliquid *argumentum* esse ad aliud verum est, an quia *argumentum* . . . [some more lines with the example 'argumentum'] (*V* 254rab). See also *V* 256rb-257ra.

It is clear that the 'editor' of the second recension was careful to avoid as much as possible the use of those three words, at least when they occurred with a technical meaning.

On another point there seems to be some agreement between John of Salisbury's description of the school attended by Cornificius and Adam's teaching on the one hand, and between John's criticism and the attitude of the revisors of the *Ars Disserendi* on the other. John says: "asinum nominare vel hominem aut aliquid operum nature instar criminis erat aut ineptum nimis." This is precisely what we find in the original sections of the *Ars*. The only and obvious opportunity of mentioning donkeys, men, and other created things in a treatise of logic is in the examples. But Adam chose *all* his examples from logic itself, from words of the art and propositions which can occur in the art: this is a selection of them:

'enuntiatio', 'interrogatio', 'ars', 'disputatio', 'affirmatio', 'interrogatio dubitabilis', 'ars disserendi', 'disputatio inquisitiva', 'dictio', 'disputare', 'disserere', 'certum est ratio', 'enuntiationis principium', 'falsum esse falsum non est verum esse verum', 'quod non est dictio non est contradictio', 'interrogare aliud est quam enuntiare', 'ars disserendi est ad docendum disserere', 'exemplum', 'contraria non sunt concedenda', 'conveniens', 'contradicendum'.

If we consider that Adam thought examples to be the best way to lead the student to the 'facultas disserendi', viz. to be able to talk 'ex arte', and that, with this kind of example, the only training one received was to talk about things connected only with the art, the other words of John "ex

arte et de arte agere idem erat" appear to be an accurate description of this aspect of Adam's teaching. — If we turn to the second recension of the first half, we find that the examples are chosen nearly always from other quarters: if not precisely from donkeys, certainly from men and other created things: 'substantia formam habet', 'animal sentit', 'homo loquitur', 'hic homo disserit', 'reprehensores', 'elementa', 'pes geometricus', 'pes turris', 'pes montis', 'sanus', 'documenta obscura', 'vox obscura', 'ignis subtilis', 'color', 'creata', 'a Socrate et a Platone legitur', etc. As we shall see in a moment, the range of examples is even wider in the second half, a possible pointer to the non-original passages.

It cannot be suggested that Adam's school was coming directly under John's criticism: too many features in the description of Cornificius' masters do not agree with what we find either in the *Ars Disserendi* or in John's words about Adam. But there is no doubt that some connexion existed between Adam's teaching and that of the 'Cornifician' school. In chapter v of book I John mentions the masters who opposed that school and in the long run prevailed over it: Gilbert, Thierry, William of Conches, Abailard; but he does not mention Adam, with whom he had had probably more familiarity than with any of the others. Should we conclude that Adam stood between the two groups, and that the revisions of at least some sections of the *Ars Disserendi* is one of the results of the reaction against some features common to Adam and the 'school for Cornificians'?

Some of the examples given in the second half in the course of the study of the different kinds of questions, particularly of the 'multiple' questions, are taken from classical texts, without the mention of the source.[1] Those which we have identified are the following:

Aulus Gellius.[2]— . . . an vox sit corpus ut Stoicis visum est, an non ut Platoni (*S* 211r, *V* 265rb; *Noct. Att.* V. xv). — . . . an ad utendum visu aliquid per oculos sentiatur ut ait Plato, an intus suscipiatur ut in auditu et olfactu et gustu fieri videtur, an horum neutrum fiat (*S* 224v, *V* 271va; *N.A.* V. xvi). — . . . an voluptas sit summum bonum ut ait Epicurus, an summum malum ut Antistenes Socraticus,

[1]) R. W. Hunt (*Studies on Priscian in the Twelfth Cent.* in M.A.R.S. II [1950], pp. 29-32) mentions the wide choice of examples from classical and later authors as one of the characteristics of the 'school of Ralph of Beauvais': he also suggests (p. 18) that its members might be 'Parvipontani'. This parallel development in the teaching of dialectic seems to confirm Hunt's view.

[2]) Cf. p. 119.

an malum non summum ut Critolaus peripateticus, an nec bonum nec malum ut Zeno Stoicorum princeps (*S* 225r, *V* 271va; *N.A.* IX. v). — . . . an omne verbum ambiguum ut ait Crisippus, an nullum ut Diodorus, an nec omne nec nullum ut plurimis videtur (*S* 226r, *V* 272r; *N.A.* XI. xii).

Seneca.— . . . an parhelia sit nubes rotunda et splendida . . . (*S* 224r, *V* 271v; *Natur. Quaest.* I. xi). — . . . an ex aqua sit terremotus ut Taleti visum est, an ex igne ut Anaxagore, an ex ipsa terra ut Anaximeni, an ex spiritu ut Archelao et Aristotili, an ex pluribus horum ut ait Democritus, an ex omnibus his ut ait Epicurus (*S* 217r, *V* 268rab; *N.Q.* VI. vi-xx). — . . . an cometes sit stella ut affirmat Apollonius Mundius, an ignis accensus turbine aeris concitati et intorti ut Epigenes, an falsa facies sideris ex planetarum conventu confusa ut Zeno (*S* 224v, *V* 271va; *N.Q.* VII. iv, and ? VII. xix).

Corpus Iuris. — . . . an aliquis non habens ferrum armatus sit, ut asseruit Gaius et Paulus . . . (*S* 211v, *V* 265vb; *Dig.* XLVIII. vi. 9). — . . . an ius sit ars boni et equi ut Celsus diffinivit . . . an iustitia sit constans et perpetua voluntas ius suum cuique tribuens ut Ulpianus diffinivit (*S* 224r, *V* 271rb; *Dig.* I. i. 1, *Instit.* I. i. 1).

Cicero. — . . . an anima sit inmortalis ut Phercide Siro credidit Pitagoras, an non ut arbitrantur indebite bestiis se conformantes (*S* 211r, *V* 265rb; *Tusc.* I. xvi). — (?) . . . utrum pronoea, que latine providentia vocatur, mundum regat ut Stoici dixerunt, an non ut Epicurei (*S* 211r, *V* 265va; *De Nat. Deor.* II. xxii, xxix).

Quintilian. — . . . an rethorica sit ars fallendi ut ait Atheneus, an vis persuasibilis inveniendi ut ait Aristotiles, an scientia recte dicendi ut Crisippus, an usus dicendi ut Critolaus, an simulacrum iustitie ut Socrates (*S* 225r, *V* 271v; *Instit. Orat.* II. xv. 13, 23, 35).

Censorinus. — . . . an dies sit tempus, an mane usque ad mane ut Babilonii dixerunt, an ab occasu usque ad occasum ut Attici, an a meridie ad meridiem ut veteres Umbri, an a media nocte ad mediam noctem ut Romani decreverunt, an quodlibet spacium viginti quatuor horarum undecumque inchoatum. (*S* 225r, *V* 271vb; *De Die Nat.* xxiii).

Chalcidius (?) — . . . an sit in speculo quod per speculum videtur, ut facile estimatur, an non ut visus aciem speculo repercussum ad obstans rectorqueri coniectantes asserunt (*S* 211v, *V* 265va; cf. *In Tim.* cclv).

Boethius (apart from some examples taken over with points of doctrine). — . . . an aliquis non habens ferrum armatus sit, ut asseruit Gaius et Paulus (cf. above),

an non ut Boetius arbitratus videtur (*S* 211v, *V* 265vb; *De Diff. Top.* II, PL 64, col. 1189 C-D).

Another passage in the same section is based on an unidentified commentary on the *Timaeus*:

Tale etiam est et illud 'a quo et ex quo et ad quid et secundum quid et quali factus sit mundus', que quinque Plato in Thimeo demonstrare conatur, mundo opificem et materiam et finem et exemplar et formam assignans (*S* 222r, *V* 270rb; cf. Will. of Conches, *Glosa in Tim.* p. 142 Parent: "Thimeus . . . quatuor illius causas, scilicet efficientem, formalem, finalem, materialem ostendit." In the *Ars*, the 'exemplar, secundum quid' is distinguished from the 'causa formalis' while William identified them: "hec formalis causa mundi est, quia iuxta eam creator mundum formavit", p. 143).

Four other examples reflect the struggle over the limits of dialectic vis-à-vis faith. One of the logicians whose views had been inserted into the *Ars Disserendi* suggested possible alternatives on points of faith (*S* 211rv, *V* 265rb-va): Does or does not providence rule the world? Is the soul immortal or not? Is God in all time since He is always, or is He in no time since He is non-temporal? Is God in every place since He is beyond measure, or is He in no place since His nature is that of 'incorporea et illocalia'? These examples did not meet with the approval of some other logician who wanted to replace them by others: his reaction on the question of providence was almost threatening:

Hoc apud nostros in ambiguum disquiri iam est ociosum fide facta veri; immo et *illicitum lege prohibente et ipsa de qua queritur sibi adversantem digne cohercente*. Sit ergo quinti generis exemplum 'an mentiatur qui nichil nisi mentiri dicit'.

On the question of the immortality of the soul he says:

Hoc apud nostros opere divino firma fide certificatum dubie disquiri iam non oportet; sit ergo secundi generis exemplum in quo utrumlibet opinari liceat 'an rethorica utilis sit, ut eius scriptores probaverunt, an non, ut Lacedemones et Athici de civitatibus eam expellentes decreverunt'.

As for the two other questions:

quoniam his disquirendis inpar esse accidit disputantis et per se querentis negotium, sit septimi generis exemplum 'an aliqua non simul secundum tempus existentia nunc sint, ut infinitas esse partes temporis concedentes fateri cogentur, an non ut videtur onus imprevisum subire cogendis quod atomos esse cum Democrito dicentes sustinere coguntur'; octavi ut 'an sit in speculo quod per speculum videtur . . .'

VI

FROM THE 'ARS DISSERENDI':[1] A. *Introduction* (first recension, *V* fol. 246ra-247ra; in the second apparatus, second recension, *S* fol. 163r-166r).

Principium propositi de quo et ad quid et qualiter ars disserendi instituenda dicere, propositum autem de eo ad id et sic artis rationem instituere. Erit autem qualiter artem institui conveniat cognito eius initio manifestius. Ut igitur ab artis initio negotii initium sumi possit, sit trium premonstrandorum primo prius ultimum. 5

Innotescat igitur quod initium non idem scientie et artis et facultatis disserendi, id autem innotescet ex quibus horum initia cognito. Sunt autem ex tribus: ingenio, usu, arte. Tria igitur et quorum et ex quibus initia, sed non ex singulis singulorum. Scientie enim disserendi ex ingenio absque ceteris initium, artis autem ex hoc et usu, facultatis autem ex his et arte. Cuius enim primi dis- 10

V 7-8 ex tribus *add. in marg.* 9 enim] cum

S 1 ars diss. inst.] inst. sit ars diss. 2 art. rat.] rationem 3-4 erit autem . . . conveniat . . . manif.] quoniam autem . . . conveniat non nisi . . . plene innotescet 3 igitur *om.* 4 init. sumi poss.] sumamus initium 6 init. non id.] non est id. init. 7 quibus + sint 8 igitur + sunt 9 ceteris + est 10-12 cuius . . . disserendi] ratione enim a principio homini concessa, ingenii quedam velut fecunda habundantia studiosam veri disquirendi et demonstrandi diligentiam animo contulisse videtur, ex qua, velut ex munere quodam nature, disserendi negotium disserentium primis initialiter utcumque innotuisse necesse est, cum nondum disserendi esset

[1]) An edition of the complete texts is in preparation. The following passages have already been published in the works mentioned above, pp. 120-121, n. 2: (a) the first third of the introduction, as far as 'ex tribus que dicta sunt initium', (b) the beginning of the 'ars' itself, from 'Principium disserendi' to 'reliquum ex nostre artis eruditione', (c) the first lines of book II as far as 'genera que sint et ad que docuimus', and (d) the end of the text from 'De his tamen que separate', all by Cousin from *V* fol. 246rab, 247ra-va, 253rb, 272rab; (e) some parts of the chapter on 'principia sophistica ex ipsa complexione', from 'Ex coniunctione igitur sophisticum' to 'notificationem a prioribus habuimus' with gaps, by Ch. Thurot from *S* fol. 197v-200v; (f) a short passage on the three kinds of disputations, by M. Grabmann from *S* fol. 172v. — In A. and B. we give the full text of the original recension (*V*). The first apparatus contains the readings of *V* of some importance from which we depart; and the second all the points in which the second recension (*S*) differs from the first.

serere propositum, solum quod ingenio ad propositum exequendum rationes invenire et explicare eius attentioni innotuit. Nondum igitur disserendi usus—nam adhuc tunc initium—, nondum disserendi ars — prius enim disseri oportuit quam de hoc ars fieret, prius enim de quo ars quam ipsa —. Sic igitur scientie huius initium ex ingenio, non ex usu vel arte (non autem hoc dicere videamur quod non ex horum quolibet disserendi scientia; nam scientia quidem ex unoquoque eorum, scientie autem initium ex uno; non enim ex usu vel arte sed ante utrumque, ut ostensum est). Artis autem initium ex ingenio non sine usu. Cum enim usus scientiam disserendi habundantiorem redderet, et quo de pluribus disserebatur eo plures disserendi varietates paterent, ex ingenii quidem habilissima facilitate et usu disserendi frequenti, incidit in hoc qualiter dissereret considerantis industria, ut comperiret, sicut ceteras scientias arte et disciplina faciliores, sic et de eis disserendi et eas intelligendi scientiam arte aliqua certiorem et faciliorem posse fieri. Inde igitur ex quo modo iam tunc disserere consuetum attentionis industria paulo plus comperiente, artis quasi prima rudimenta comperiri contigit. Sic igitur ex ingenio et usu artis huius initium. Et primo autem de arte comperti plurium pluribus notitiam sumentibus, et posteriorum singulis inventioni aliquid addentibus, diversorum diversis institutionibus plurima de arte ad disciplinam edisseri accidit. Artis igitur ratione plenius innotescente, usu disserendi iam ad plenum augescente, ingenii industria artis preceptionem usu exequente, aliquid facultatis ad disserendum provenisse non est dubium. Sic igitur facultatis ex tribus que dicta sunt initium. Trium igitur unius quidem ex tribus, alterius ex duobus, tertii ex uno initium.

Ex quibus autem horum initia ad amplius crementum ex sese deinde provenientibus, et quorum ex eis initia disserentium attentioni plenius postea patuisse manifestum est; postremo autem et arte ista et ceteris ex ista multipliciter et velut iam satis ad cognitionem explicatis, usum disserendi et sic ad disserendo explicata attendendi paulatim primo rarescere, omnino deinde pretermitti, accidit. Quare ad id ad quod ars nullis attendentibus, disserendi primo facultatem, inde artem, deinde scientiam posteriorum fugisse cognitionem necesse est; quare et singulorum que edisseruntur artificiosam intelligentiam nullam esse.

Tandem autem sciendi studio velut iam iterum incipiente, attentioni neglecta repetenti plerisque artium institutionibus eorum ad que artes notitiam redintegrari accidit. Ex huius autem multiplici institutione ad quid ipsa vix cuidam innotuit,

11 solo 13 enim] cum 16 quod] que quidem] qua unoquoque] uno quo 19 pluribus + scientiis 20 quidem] qui 27 singulis *add. in marg.* 28 *post* addentibus *spatium quattuor litterarum* (? *supple* priorum) 31 sic] si 40 posteriori 42 attentionem

15 hoc autem 24 fieri posse . . . modo quo 26 et] ex 27 singulis + priorum 32 initium + est 34 horum + sunt 35 et + hec eis + sunt 39 quod + est 43 repetenti + ex que + sunt 44 ipsa + sit

nedum eius ad quod ipsa ex ipsa proveniret facultas. Quare autem sic, causa hec: primo quod a pluribus disperse de arte quedam, a nullo totam artem ordine explicatam contingit inveniri; deinde quod primo de arte inventorum intelligentiam non parum impediunt tum usus verborum rarescendo antiquatus, tum inproprie ex aliis in alias translationes loquelis, tum disciplinalis ad docendum loquendi licentia ad huius artis explicationem equo fidentius a pluribus sumpta; postremo quod ex disserendi usu ars, ut predictum est, non ex arte usus primis etiam innotuit. Quare usum ut penitus pretermissum ignorantibus et que ex usu ad artem sumpta sunt, usus negotium non satis explicantia, ignota esse non mirandum. Ex trium ergo que dicta sunt primo non plene, secundo non facile, tertio non satis ad exercitium commode artem innotuisse intelligendum.

Erit igitur contra hec a nobis susceptum artis instituende negotium huiusmodi, ut artis ex eo plena sit et facilis cognitio, secundum artem exercitii artificiosa facultas: 'plena artis cognitio' quoniam nos totam artis viam ordine monstrare curabimus, ne more ceterorum circa artem conquisita magnifice explicantes ipsam artem nusquam docuisse inveniamur;[1] 'facilis' autem tum ex quo plena, tum ex modo quodam docendi quem in his admirantius comperient in priorum libris exercitati et subtili quadam disputationis industria in singulis quid nugatorie, quid inprobabiliter, quid falso, quid impedite, quid ociose, quid turpiter, quid inproprie, quid dure, quid his singillatim contrarie dici soleat comperientius experti; 'artificiosa exercitii facultas' et ex quibus plena et facilis artis huius cognitio et quoniam quibus et ex quibus et de quibus sunt disputationes secundum artem ea in exemplis ponere studuimus, ut et in ipsis et in eiusmodi ex ipsis facile sit exercicium. Qualiter igitur ars instituenda, ex dictis perspiciendum, de quo autem ex dicendis.

Erit autem de quo ars attentius considerandum quam premonstrandum: hoc enim vix apertum nisi arte precognita. Est autem de eo ars omnis cuius in ea docetur scientia, in hac autem disserendi: disserere igitur id de quo hec. Disserendi autem genera sunt duo: unum quod interrogatione et responsione expeditur, ut in disputando; alterum quod sine eis, ut nos hic (huiusmodi enim negotium non ut ad alterum). Horum igitur eius quod ad alterum, ut in disputando, in hac arte

45 quid . . . preveniret 50 licentia] scientia 56 huius- *add. in marg.* 57 ea 62 nugatoria 65-6 plena et . . . de quibus *add. in marg.* 75 ad *post* quod *om.*

45 quod ipsa + est causa + est 49 discipl. + quedam 52 que + nunc 59 ceter.] plurium 60 ex + eodem ex 62 libris + studiosius sing.] plerisque 63 quid turp. *om.* 65 et] tum ex eisdem huius *om.* 66 et[1] tum 68 exerceri 70 quo + sit 72 igitur + est quo + est 73 duo sunt genera 74-75 huiusmodi . . . ut ad alterum] illud ut ad alterum, hoc ut per se

[1]) Cf. John of Salisbury, *Metal.* III. iii, p. 134 W. [2c].

ratio tradenda; reliquum autem, quod per se, ex ea pene satis intelligetur. De quo igitur ars ut dictum intelligatur, ad quid autem ut dicendum.

Est autem ad duo ars disserendi: ad quod ex inicio manifestum et ad que disserendo dant intelligendi facultatem. Quod ex hoc manifestum: quicquid enim qualibet arte facile fieri, hoc eadem ubi fieri videtur facilius intelligi posse non est dubium; qua igitur disseri, eadem que edisseruntur facilius posse intelligi palam; his autem disseri, ex his igitur intelligatur quibus huius † singularum que secundum philosophiam sunt disciplinarum noticiam necesse deesse. Quod quoniam ignoranti incredibile, attendenti dubium, intelligenti certum, eius plene demonstrationi non nisi arte cognita locus erit. Ad quid igitur artis huius institutio sicut dictum. His ita prefinitis hinc ipsam artem expedire inchoandum.

76 quod] que 78 ars] ad ad quod] et quod 82 *post* huius] es [?] etiam in

76 ex ea . . . intelligetur] quo communem cum hoc habet usum simul innotescet, quo autem non, separatim. Intelligatur autem in his que dicta sunt disserere velut ab oratorio dicendi genere et poetice separatum, disputare autem ab his et a per se disserendo 78-86 est . . . his] Est autem ad hoc ars omnis, ut id ex ea sit facile quod faciendi ipsa est ars. Quare manifestum est quoniam facultas disserendi id est ad quod est ars disserendi. Amplius autem, si quid arte qualibet fieri facile est, hoc eadem ubi fieri perspicitur facilius intelligi posse non est dubium. Qua igitur disseri facile est eadem quecumque edisseruntur, intelligi facilius esse palam est. Quare manifestum quoniam et facultas que de singulis disciplinis dicuntur intelligendi, id est ad quod est ars disserendi. Ad que igitur est ars hec duo sunt que dicta sunt. Intelligatur autem iuxta hec sine huius cognitione singularum que secundum philosophiam sunt disciplinarum intelligentiam vel nullam esse vel parum artificiosam; quod quoniam eque erit et ignoranti improbabile et artem scienti certum, conveniet non prius hoc quam artem, sed prius quam hoc artem plene demonstrare. Quare his

B. *On sophisms in general and on 'principia sophistica sine complexione' from equivocation* (*V* fol. 250rb-251vb; *S* 174r-180r).

Principiorum . . . in quibus dubitatio genera . . . duo, quorum alterum sophisticum, alterum sine sophismate dubitabile: sophisticum quo tum de uno, tum de alio ambigue est enuntiare incipiendum; sine sophismate dubitabile quo non sic, sed de quo tamen ignorabile. Est autem ut sophistice incipiatur ad in disputatione fallendum curandum in contentiosa frequenter, in exercitativa nonnunquam, in

S 1 sophisticum + appelletur 2 quo] si eadem locutione 3 alio + vel ut de alio 3 quo] cum 4 ignorabile + Si quid autem aliter quam in scriptis veterum sophisma aut sophisticum appellari invenitur, de nominibus non contendat attendens, sed hic appellari constet sophisma id secundum quod aliquid sophisticum dicitur; sophisticum autem id in quo latet duplicitatis causa ex qua non plene nota ad contraria perduci accidit respondentem. Sunt autem in utroque genere principiorum multiplices dubitationum cause quibus secundum propositum demonstratis plenius innotescent que nunc inceptive distincta sunt 4-5 ut . . . curandum] sophisticorum in disput. usus 5 frequens non-

inquisitiva nunquam; ut sine sophismate dubitabiliter in omni aliquando. Est autem sophisticis habundare mobilioris ingenii et magis exercendi, ceteris altioris et magis exercitati. Quare de sophisticis prius dicendum.

De sophisticis igitur principiis sit nobis propositum primo quibus et quot modis ipsa sophistica, et sic in ipsis que et quot sophismatum genera et que ex quibus disputationes; deinde qualiter et ad quid eorum prompta cognitione et facili inventione habundemus ostendere. Est autem ipsa esse sophistica et in ipsis esse sophisma idem dicere. Quare, si quibus modis ipsa sophistica ostenderimus, et que sint in eis sophismatum genera ostensum erit; quibus enim modis aliquid sophisticum eos idem esse quod sophismatum genera dicere vel verum vel a vero parum distans. — Sunt autem disputationes ex his ex quibus est contraria arbitrari contingens, hoc autem in huiusmodi principiis ex eo quod aliquid sophisticum; inde enim vel non id dici quod dicitur, vel non de eo de quo dicitur, vel non ita ut dicitur etiam eruditis frequenter probabile. Ex hoc igitur disputationes quod aliquid aliquo modo sophisticum; est autem 'ex hoc quod aliquid aliquo modo sophisticum' et 'ex modo quo ipsum sophisticum disputationem esse' idem dicere vel non longe distans; quare et 'ex aliquo sophismatum genere esse disputationem' idem vel non alterius cognitionis indigens. Quare, si in ipsis principiis que sint sophismatum genera ostenderimus, et in ipsis que sint ex quibus disputationes ostensum erit. Ex his igitur palam quoniam quibus modis principia sint sophistica ostendere — quod primo de sophisticis propositum est — plene erit expedire. Reliqua autem eorum que de sophisticis proposuimus, separati erit demonstrare negotii.

Prenotescat autem sophismatum genera inveniri posse quedam in ipsis disserendi principiis que ab enuntiatione et interrogatione constituimus, quedam in ceteris que ad disserendum, quedam in ipsorum ad alia adiunctione. In ipsis autem principiis, tum in ipsis disserendi principiorum principiis que enuntiandi vel interrogandi principia dicimus, tum in eis que in principiis reliqua, tum etiam in horum ad illa adiunctione; et tum in his omnibus eadem, tum in eorum singulis singula. De singulis que ad disserendum ordine disserentes, que in ipsis sophismata et quot modis ipsa sophistica distinguemus.

V 11 qualiter] quantum 13 ostendimus 17 *et* 18 quod] qui 19 disputationis 21 quo] quod 22 et *om.* 24 ostendimus 31 alia] illam

nunquam] nonnullus 6 nunquam] ad fallendum nullus, talium autem non in hoc quod talia in hac ut in disciplinis interdum necessarius ut *om.* 6 dubitab.] autem dubitabilibus uti conveniens est aliquando] quidem disputationum genere ad ambigendum, in disciplinis autem tum non in hoc quod talia, tum exemplariter ut in hac 10 ipsa + sint 11 quibus + sunt 13 sophisma + quasi ipsa + sint 14 aliquid + est 15 eadem *ex* idem dicere *om.* verum + est 16 his] eis 17 aliquid + est 19 freq. + est 20 modo[1] + est modo[2] + est 21 ipsum + est 23 idem + est 24 quibus + sunt 27-28 neg. demonstr. + Quare ex prius dicendis quibus et quot modis principia sint sophistica innotescat 31 que + sunt 35 de singulis + igitur disserendum + sunt 36 ipsa + sint

In ipsis autem disserendi principiorum principiis sophismata sic implicita esse non ignoretur, ut in ipsis separatim per se vel raro vel nunquam dinosci possint, quare de singulis exempla ponentes non sola principia sed totas enuntiationes ex ipso principio sophisticas ponemus, ut in ipsis quam per se faciliu discentibus dinosci possint. Quanto autem in tota enuntiatione quam in eius principio manifestius apparet sophisma, tanto in tota disputatione quam in enuntiatione a qua eius principium; que enim in enuntiationibus implicari ea in ipsis disputationibus explicari contingit. Quare que in ipsis disputationibus vix pluribus apparere contingit, ea in ipsis enuntiationibus statim cuilibet manifestum esse nemo arbitretur. Si qua igitur in exemplis ponemus in quibus non satis artis ut ex eis sint disputationes cuilibet appareat, neminem perturbari decet; non enim qualiter ex eis disputationes disserendi principiis disserenti propositum ostendere et qualiter ea in ipsis principiis implicanda; qualiter autem ex eis disputationes et qualiter eis insistendum et ad ea resistendum, et qualiter in facili difficultate inveniendum, cum de ceteris que ad disserendum disseremus, ostendendum erit. Ibi igitur artis plurimum in eis convenire videbitur que hic minus artificiosa visa fuerint, et quanto in ipsis principiis latentius sophisma, tanto artificiosius. Non lateat tamen quod sunt quedam sophismatum quibus intente insistere protervis et contra que attente resistere nichil agere, quorum ut studiose inventioni attentos sic facili cognitioni non promptos disputatores esse non decet; eis enim ut fallere contempnendum, sic falli posse contemptissimum. Quare nec quelibet sophismatum genera invenire serium nec quelibet non statim dinoscere disputatori erudito dignum. Que autem talia, que non, ex dicendis perspicietur; non enim proposito satis fiet nisi omnia que in principiis implicantur sophismatum genera distinxerimus.

Quoniam igitur sunt quedam principiorum sine complexione, ut cum dicitur quoniam ars est ratio, quedam autem secundum complexionem, ut cum ars disserendi ratio dicitur, que in utrisque sint sophismatum genera ostendendum. Quoniam autem que secundum complexionem principia et ceteris multiplicium sophistica et ad de eis disserendum magis confusa, de eis post dicetur. Quoniam autem que sine complexione ceteris cognitu priora ut ex quibus illa, non ea ex illis, qualiter ipsa sophistica prius ostendendum.

Sunt autem huiusmodi principia maxime ex equivocatione sophistica; videbuntur tamen ex quibusdam aliis de quibus post dicetur. Equivocatio est eadem diversorum, non eadem ratione, appellatio. Equivocationum autem genera sunt sex: unum ex loquendi usu et artis verbis, alterum ex loquendi usu et argumento, tertium ex artis verbis et argumento. Est autem ex usu et artis verbis equivocatio cum alterius in usu loquendi, alterius ad artem docendam fit eadem appellatio, ut 'exemplum' quoddam argumentationis genus artem docentes nominant, non id sed quo ut de pluribus dictum in uno ostenditur 'exemplum' appellari communis docet sermonis usus; hec igitur equivoce quia non eadem ratione; ex usu et artis verbis propter quod dictum est. Ex usu vero et argumento, cum hinc ad usum planior, inde ad obviandum argutior ratio, ut artem ipsam scientiam nominari (?) usus non prohibet, non artem sed eius ex ea noticiam esse ratio arguit. Ex artis verbis et argumento, cum hinc sola artis verba, inde vis argumenti, ut 'inductio' aliter quoddam argumentationis genus, aliter aliquorum (?) vi argumenti. Preterea ex diversis usibus, ut 'videri' tum 'intelligi' tum 'existimari'. Ex diversis artis verbis, ut 'propositio' tum 'enuntiatio' tum 'interrogatio'. Ex diversis argumentis, ut 'probatio' tum id quo aliquid probatur nominari nec . . . . . (?) verbis, sed argutius ostenditur.

Palam igitur quoniam ex quibus equivocatio tria: usus loquendi communis, modus loquendi docentibus concessus, ad diversa designanda verborum argumentis diductio. Qui autem ex his equivocationum modi, sex sunt qui dicti sunt: ex trium singulis tres, ex coniunctis trium duobus tres. Est autem qui ex diversis usibus vituperabilior (?) et protervior, qui ex argumentis celatior, qui ex artis verbis inquisitior et ad disputandum contemptior; qui autem ex his verbis coniunctis, secundum hoc ut videbitur habeantur.

Videbuntur autem alicui dicta equivocationum genera non satis differenter distincta esse, ex hoc quod est in omni equivocationum genere usum ex utraque parte accedere frequenter contingens. Et est hoc quidem verum, non tamen id inde arbitrari verum; erit enim experto compertum verba quedam tum argumenti

---

50 *an post* diffic. *addendum* et in difficili facultate *? cf. S* 52 hic] sic 60 satis] *lacuna quattuor litt.* nisi] si

---

43 eius + est principium + est 48 equaliter [*sic*] eis + fiant propositum + est 50 diffic. + et in difficili facultatem 51 disserendum + est 52 convenire *om.* 60 genera + infinitorum adunativa discretione est 62-63 cum . . . ratio] in quibus non est nisi unum verborum 63-64 cum . . . dicitur] in quibus plura 64 genera + erit 65 complex. + sunt mult. + sunt 68 qualiter + sint

---

70 post dic.] predicetur eadem + ratione 76 id] idem 79 noim [*sic*] 83-84 artis . . . diversis *om.* 85 *post* nec] propasu (?) plano *et lacuna sex litt.* 91 vituperabilior *con.*] vocabiliorum 92 contemptio

---

70 tamen + et 72 argumento] inventione 73 argumento] inventione + preter hec ex diversis usibus et ex diversis artis verbis et ex diversis inventionibus 78 est *om.* argumento] inventione 79-80 ad . . . arguit] secundum vocabuli positionem firmior ratio ut 'locutio' tum sermo tum loquentis actus appelletur, alterum secundum usum, alterum secundum vocabuli positionem 81 argumento] inventione vis argumenti] ratio impositionis 81-82 inductio . . . argumenti] 'enuntiatio' secundum veterum scripta appellatur locutio qua verum vel falsum dicitur, secundum inventionis modum ipsa veri vel falsi dictio que fit locutione 84-86 argumentis . . . ostenditur] inventionibus ut 'differentia' tum differentium habitudo dicitur tum que differunt dicuntur 87 quibus + est tria + sunt 88-89 ad . . . diductio] ex impositione intelligendi significatio 89 his + sunt 90 ex[1] + duplicibus 90-93 est . . . habeantur *om.* [*Here follows an additional section, see below* C. (a)] 95-96 ex utraque parte] aut utrimque aut undique 97-98 arg. rat.] inventionis consideratione

ratione tum translatius ad artes docendas quam in sermone loquendi licentia ab usu educi posse, et sic tum ex artis verbis tum ex argumento, licet non ex usu, equivocationem contingere; usum tamen deinde accedere nichil prohibere. Erit igitur dictam equivocationum differentiam secundum ea ex quibus ipse, ut distinximus, intelligendum. Sunt autem dictis sex equivocationum modis sophistica sine complexione principia, in quibus communi diversorum appellatione de quo enuntietur equivoce designari — vel potius celari — contingit. Exempla autem enuntiationum, in quibus secundum dictos equivocationum modos varientur principia, expositis equivocationum exemplis facile erit sumere. Non autem ex his sola sine complexione principia sophistica fieri arbitrandum, sed et cetera principia et cetera a principiis in quibus aliquid eorum que equivoce dicuntur latere contingit ex his equivocationum modis sophistica esse, ut ostendendum sciendum. Quibus autem modis ex equivocatione principia huiusmodi sophistica sic dictum sit.

S 98 translatius] aliter in + commune [*sic*] 99 posse + sicut et usu a compositiva [*sic*] designatione non numquam transumuntur argum.] inventione 101 ut distinx. *om.* 102 [*After* intelligendum *follows another addition, see below* C. (b)] dictis sex] ex dictis 107-108 cetera . . . cetera] alia . . . alia 110 sophistica sint principia huiusmodi

C. *Anonymous additions to the section on equivocation:* transumptio, inventio, impositio (*S* fol. 177r-178r, 178v-180r).[1]

(a) Modi ergo quibus duorum eandem equivoce fieri appellationem contingit tot innotescant: modi autem quibus trium fieri equivocationem accidit, si iuxta hec distinguantur, decem innotescent: ex triplicibus trium singuli tres, ex dupliciter coniunctis trium duobus sex, ex simpliciter coniunctis tribus unus. Dico autem ex dupliciter coniunctis trium duobus, ut cum ex usu et inventionibus aut ex usibus et inventione trium fit eadem appellatio, item ex usu et disciplinalibus transumptionibus, aut ex usibus et disciplinali transumptione, item ex inventione et disciplinalibus transumptionibus aut ex inventionibus et disciplinali transumptione. Ex simpliciter autem coniunctis tribus, ut cum unius ex inventione, alterius ex disciplinali transumptione, tertii ex usu fit eadem appellatio, ut 'facultas', ex inventione 'facilitas aliquid faciendi', ex disciplinali transumptione 'ars', ex usu 'opum copia', nomine tam usu quam disciplinali licentia transumptio ab eo quod ex aliquo est ad id ex quo ipsum est. Si quem autem inquisiti perceptione crescens perquirendi diligentia illexerit, ut quot modis etiam quatuor equi-

---

[1]) The first chapter (a) takes the place of the sentence 'Est autem . . . habeantur' at lines 90-93 of the text B. printed above; the second (b) is added after 'intelligendum' at line 102.

vocari possint perquirere velit, quindecim inveniet: ex quadruplicibus trium singulis tres; ex coniunctis trium duobus utroque duplici tres, alterutro triplici, altero simplici sex; ex coniunctis tribus uno duplici reliquis simplicibus tres. Sed et quantumlibet plura quot modis equivocari possint facile inveniet si inter modorum numeros distantias secundum ordinem semper uno auctas perpendat, cum equivocari possint duo modis sex, tria decem, quatuor quindecim, quinque viginti et uno; et deinceps similiter uno semper crescente distantia.

Discentem autem non turbet licentiose, ut ad artem, coartata dictorum explicatio; si qua autem huiusmodi distinctionum multitudo magis confundit quam instruit, sufficiat et genera equivocationum simplicius distinguere: primum ex diversis inventionibus, secundum ex inventione et usu, tercium ex inventione et disciplinali transumptione, quartum ex coniunctis tribus. Non enim absque impositione reliqua duo aut separata aut coniuncta contingit inveniri, nisi forte alicuius nominis adeo obsolescat impositio ut iam nullam eius positivam esse designationem dicendum sit, manentibus transumptivis. Quod si contingit, possibile est septem equivocationum genera inveniri: tria ex trium singulis, tria alia ex coniunctis trium duobus, unum ex coniunctis tribus. Inchoatam ergo preceptionem non consummari graviter ferentibus proposite sunt superiores distinctiones; inceptiva autem cognitione contentis sufficiat hec ultima in septem, aut simplicior illa in quatuor.

(b) Sed ne quis secundum ignotiora noscenda distinguere laboret, oportet dictas equivocationum causas distinctius notificari. Intelligatur ergo transumptionum disciplinalium alia equivocationis effectiva (ut ea qua elementorum nomen ad litteras transumitur), alia inefficax (ut qua argumentum mentem argumentationis aut id unde sumitur argumentum sedem argumenti dicunt). Est autem similiter et que secundum usum fiunt transumptionum quedam equivocationis effectiva, quedam non, ut 'pes animalis', 'pes statue', 'pes metricus', 'pes geometricus'; dicitur primum ex impositione, secundum ex transumptione que fit usu, reliqua ex disciplinalibus transumptionibus. Fit autem et alia huius nominis transumptio secundum usum vulgarem, qua 'pes montis' vel 'pes turris' dicitur; sed ista equivocationis inefficax est, prior effectiva. Item 'sanum' tum 'susceptivum sanitatis', tum 'causa', tum 'signum' dicitur: primum ex inventione, reliqua ex usu et artis verbis. Cum autem preter ea dicitur 'sanus intellectus' aut 'sana fides', equivocationis inefficax est transumptio. Habeatur autem talium discretio talis, ut illa sive disciplinalis sive secundum usum sit transumptio equivocationis effectiva dicatur, qua efficitur ut eius sit nomen transumptum ad quod transumitur; inefficax vero qua hoc non efficitur.[1] Sunt autem et in hoc internoscende tran-

---

[1]) Cf. Boethius, *In Praedic.* I, at the end of the section on 'aequivoca', PL 64, col. 167A; and John of Salisbury, *Metal.* I. xvi, p. 40 W.: "Fit autem translatio [two lines before he called it 'transumptio'] nunc quidem necessitatis causa, nunc ornatus [from Cicero, Quintilian, Boethius]; sed, ut celebre est apud eruditos, que ornatus causa non fit ab equivocatione non est aliena."

sumptiones tam disciplinales quam que ex usu sunt, quod alie notiores et quarum inter plures usus, alie ignotiores; ut ignotius dicuntur rationum elementa quam vocum (vocum littere, rationum rationes prioris cognitionis ex quibus sunt initia ad posteriorum demonstrationes), item 'sanum' notiori transumptione causa dicitur quam signum. — Est autem iuxta hoc et impositionum differentiam considerandum. Sunt enim positive verborum designationes tum sine contradictione note, tum superante transumptionis usu quasi delete, ut iam difficile comperiri et in noticiam revocari possint. Ut hoc nomine 'differentia' appellari contingit tum quo aliqua tum que aliquo tum que aliquid differunt tum differentium habitudinem: primum ex disciplinali transumptione, reliqua ex inventione triplici, duabus notis, tertia ignota; fatentur enim omnes et que aliquo et que aliquid differunt differentia appellari: hec ut ex quibus est dilatio, illa ut inter que distantia. Differentium vero habitudinem differentiam appellari negare conati sunt, velut nec ex usu nec ex artis verbis hoc intelligentes; sed iam tandem ad hoc inductivi permoti sunt ut, sicut convenientia convenientium habitudo dicitur, dissimilitudo dissimilium, diversitas diversorum, distantia distantium, sic etiam differentia differentium habitudinem dici comperiant, impositione vocabuli iam in noticiam revocata. — Consuescit ergo per hec que dicta sunt et exemplariter et commonitive instructus discernere verborum designationes positivas a transumptivis, et ipsarum transumptionum disciplinales ab eis que usu fiunt, et in utrisque equivocationes effectivas a non effectivis, et in his omnibus latentes ab eis que patent, ut huiusmodi experientia exercitatus equivocatorum numerum et equivocationum modos expeditius et plenius dinoscat. — Erit autem, secundum quod dictum est, equivocationum genera et causas nosse utile et ad omne discipline genus, et potissimum ad abductiva et multipliciter licentiosa illa quibus in veterum scriptis creberrime falluntur verbis innitentes; item ad omne disputationum genus, et potissimum contra obtusiones illas quas pro disputationibus usurpare consueverunt circa veterum disciplinas corrixantes.

D. *Multiple questions of definite subjects* (second recension: *S* fol. 221v-222r, *V* fol. 270rab).[1]

Assequentiora . . . sunt, sicut initialibus inceptiva, inceptivis executiva, sic assecutivorum simplicibus multiplicia et coartate conquisita, quale est illud 'quid, qualiter, ad quid doceatur', que tria in disciplinarum principiis demonstrare

2 multipl. simplicia et coartata (*om.* conquis.) *V*

[1]) This passage belongs to the third section, of which only the second recension is preserved in both manuscripts. It cannot, therefore, be taken as necessarily representing Adam's thought. The examples suggest another author.

solemus. Tale est et illud septemplicis indiculi memoriale quod iudicii in exemplaribus directivum constituimus 'que, cui, a quo, qualiter, qua occasione, quo proposito, qua spe dicantur'. Tale est et illud 'quid, quo, de quo, qualiter enuntietur', in quibus quatuor rationem enuntiandi constituimus ne documentorum obtusiva sequeremur, que male doctos indoctis imperitiores quamvis loquaciores reddiderunt. Talium etiam usu crescit amor veri non ea que in disciplinis dicuntur memoriter tenere contento, sed quid, quare verum, et unde compertum, et ad quid necessarium studiose perquirenti, prequisitis tamen quibus hec adiuncta sunt electivis. Tale etiam est et illud 'a quo, et ex quo, et ad quid, et secundum quid, et qualis factus sit mundus' que quinque Plato in Thimeo demonstrare conatur, mundo opificem et materiam et finem et exemplar et formam assignans. Cavendum autem in huiusmodi ne quis elective perquirendorum certificatione excludenda frustra conquirere conetur, ut prequisito an mundus ex aliquo factus sit, et certificato quoniam non, exclusum est et queri ineptum ex quo factus sit mundus. Observandum autem huiusmodi disciplinalium alia indubitanter excludenda esse, ut si queratur quid sit quod non est; alia autem secundum quasdam opiniones, ut si queram cuius temporis finis primus fuit, excludenda videbitur huiusmodi interrogatio cum Aristotile opinanti tempus nullum primum fuisse, cum Platone autem hoc reprobanti non.

6 quo[1] *om.* *V* 8 sequerentur *V* 10 tenere memor. *V* quare] *lacuna quinque litt.* *V*
12 et[1] *om.* *V* 17 sit et *om.* *V*

APPENDIX

I. EVIDENCE ON ADAM'S LIFE AND WORKS.[1]

The following evidence clearly refers to one and the same person:

1. (a) [A.D. 1158] Itaque presidente, cum cardinalibus episcopis aliisque viris et eruditis in iam dicta civitate Parisius [A.D. 1147], summo pontifice Eugenio,

